3. Secundò inventas docere, tradere & ad posteros propagare. Hoc est 1. Definire 2. Dividere, 3. Proprietates & affectiones explicare. 4. Eisdem cum opus est demonstrare. 5. Et hac singula in ordinem redigere.

III. Tum

4. III. Tum in conscribendis Epistolis, Orationibus, Poëmatis, argumenta varia adhibere, singula illustrare, probare, amplificare, & hac non prout quodq. in mentem venerit, sed ordine & perspicue. Neg. v. quomodo hæc siant solum ostendit, sed etiam universaliter loca indigitat ex quibus hæc sunt haurienda.

5. IV. In aliorum scriptis retexendis & intelligendis, quo ordine sint composita, quas potissimum questiones tractent, unde singula confirmant & illustrent, & hæc omnia eruere & ad sua principia revocare.

6. V. In Disputationibus, colloquijs, deliberationibus, quomodo & ex quibus locis & fundamentis, nostram sententiam probare, & tueri debemus.

7. VI. Deniq. in aliorum opinionibus & opinionum rationibus expendendis, regulam habere ad quam examinentur, false refutentur & refellantur.

8. Hæc & similia una & eadem docet Logica. In unum igitur fasciculum hæc omnia connectamus.

9. Quid est ex singularibus universalia, colligere, ex his illa concludere, ex notis ignota deducere, recte definire, dividere, argumentari, disponere? Nihil aliud quam recte ratiocinari.

deducere, recte definire, dividere, argumentari, disponere? Nihil aliud quam recte ratiocinari.

10. Quid varia argumenta, amplificationes, illustrationes ad propositam materiam promptè inventire, aliorum scripta in sua principia resolvere, credo ratiocinari?

11. Quid deniq. in colloquijs, disputationibus expedite, in utramq. partem, rationes afferre, aliorum opinione & opinionum rationes explorare, subito errorem deprehendere, deprehensum ostendere & redarguere? existimo ratione vti.

12. Hoc igitur docere Logices officium erit, nec vocabulum quo omnes officij ejus partes simul exprimi possint, commodi⁹ reperiri credo.

CAPUT. II.

De Genere Logices.

I.

Potest vero Logice nomen multipliciter accipi, modo pro ipsa ratiocinandi methodo, alias pro doctrina, quæ hanc methodum docet, & quidem vel in libris comprehensa, vel usu & exercitatione acquisita, Vnde ne-

mo mirari debet, quod in Generē ejus assi-
gnando Philosophi inter se dissentient.

2 Pro ipso ratiocinandi modo ac-
cepta, quatenus ad philosophiæ co-
gnitionem refertur, proprie instrumen-
tum cognoscendi, τρόπον τῆς ἐπισκόπησης
modificate χειρὶ τῆς Φιλοσοφίας, via & me-
thodus ad scientiam appellatur.

3. Pro doctrina quæ hanc metho-
dum docet, si in charta & libris descripta sit,
ex Luciana artis definitione Ars dici potest.
Sin usū & exercitatione menti impressa, habi-
tus nominari meretur.

4. Et diversimodè considerata diversas apel-
lationes unam altera majori jure sibi vēdicat.

5. Porro quia habitus sunt diversi, videlicet
alij corporis, alij animi, & ex his alij
Mentis alij voluntatis, & vicissim Men-
tis habitus, principales sunt vel in-
strumentales, cum proximum Genus haben-
dum sit, ulterius queritur in quanam horum
classe Logica sit reponenda.

6. De prioribus cum non sit dubium, saltem
an ex Principalibus vel Instrumentalibus ha-
beatur est ambiguum.

7. Principales sunt, Intelligentia,

Scientia, Prudentia, Sapientia & Ars.
Verum quia hi omnes propter se expetuntur.
Logica vero non nisi ut aliquem horum acqui-
rat, ex eorum numero eliminatur.

8. Quis enim Definiendi, Dividendi, Ar-
gumentandi rationem affectaret, nisi rerum
scientiarum & veritatem hac indagare posset.

9. Restat ut habitus Instrumentalis
proximum ejus genus esse statuatur.

CAPUT. III.

De Obiecto Logices.

Obiectum Logices prout in usu est,
sive Logici, cum obiecto rationis humanae ad-
quatur, siquidem illam in omni ratiocinatione
moderatur & regit.

2. Ratio a. humana de omni ente,
sive vero sive ficto ratiocinari & dis-
serere potest.

3. Quatenus vero ut docens consi-
deratur, Ratiocinationem ipsam pro
objecto habet, in qua conformanda & gu-
bernanda versatur.

4. Illud distinctionis causa obiectum ex-
ternum, hoc internum nominari solet.

De Fine Logice.

1.

Finis demum proprius & internus est recta ratiocinatio.

2. Externus vero ut ex superioribus patet, nisi ab officio ejus accurate discernatur, tam late se extendit, ut uno communi vocabulo vix exprimi & notari queat.

3. Præcipuus tamen & ultimus statui potest, Rerum sive Philosophiae cognitionem, quem qui affectus fuerit, reliquorum etiam compos factus esse videtur.

4. Nam Philosophus, qui rerum noticiam habet, is etiam recte de illis differit, recte scribit, recte aliorum scripta intelligit, recte alios docet, acutè disputat, verum à falso facile discernit & quæ sunt hujus generis alia optime exequitur.

5. Ex dictis hanc Logice definitionem promptum est colligere.

Logica est habitus mentis organis, eam in ratiocinando juvans, ut rerum cognitionem adipiscatur.

Caput.

De Partibus Logice.

I.

Diximus habitus Logici officium, esse, Mentis actus in veritatis inquisitione juvare; Consequens est ut doctrina ex qua talis habitus primo acquiratur, documenta tradat, quæ mens in suo munere obeundo sequatur.

2. Talia non modo documenta, sed etiam generales terminos ex quibus constant, Logici intentiones, noemata, conceptus secundos vocant.

3. Nam mens sive intellectus, primo res quales sunt extra mentem in se, concipit. Deinde in se reflectitur & conceptus hosce iterum considerat, & qui similes qui dissimiles diligenter observat.

4. Similes uno modo concipit & uno generali nomine exprimit, ut communia sibi de his documenta formet, quibus cum ad operas redeundum sit, uti queat.

5. Duo autem documentorum genera sunt, quib⁹ Mens miris modis juvatur, Primi generis sunt veluti normæ &

B 3

regulæ

regulæ menti propositæ, ne in operando aberret.

6. Secundi generis veluti Sylvæ & penu vel promptuarium mentis sunt, quæ ipsi materiam describunt, monstrant & largiuntur nec ubi inter operandum deficiat.

7. Illa siquidem communia sunt in omni ratiocinatione, de qua cuncta materia observanda, merito præmituntur.

8. Hæc quia pro materia diversitate specificantur, jure secundum locum obtinent.

9. Hinc Logicæ Partes duæ sunt Communis & Propria.

10. Siquidem vero (quod extra controvèrsiam est) ratiocinatio ex præmissis quibusdam priusq; notis, & hæc ex notionibus viciissim simplicibus constat, ac totum nemo intelligat, non intellectis partibus; Logices erit non tantum ipsam ratiocinationem, verum etiam ejus partes explicare. De quibus singulis singuli tractatus erunt.

11. Namq; Mens nostra antequam ratiocinari possit, primo simplicia apprehendit, deinde componit vel dividit,

DE DEFINITIONE ET DISTR. LOGICIS. 23
dit, Tertio discurrit & unum ex altero colligit.

12. Simplicium apprehensio est operatio intellectus, qua rem sive terminum simpli- cem oblatum, statim prout est, à ceteris distin- citum apprehendit & imaginatur.

13. Hæc duplex est, vel enim rem apprehendimus primo qualis in se suaq; natura est, nullo ad aliud habitu respectu & collatione: vel secundo quatenus à nobis intelligitur, hoc est, quatenus eam cum alia re comparamus.

14. Hæc magis propriè ad Logicam spectat quam illa.

15. Quomodo autem & quot modis res sim- plices quatenus ad alia comparantur sive invi- cem componi, vel dividi, sive de alijs predicari posse, apprehendi & considerari valeant, do- cet nos Logicæ communis tractatus primus de Predicabilibus.

16. Neq; quemquam varietas terminorum per- turbet, aliter enim de rebus ipsis, aliter de eorū conceptibus; aliter deniq; de vocabulis concep- tus experimentibus loqui convenit, que tamen se in vicem consequuntur nec divelli debent.

17. Et quemadmodum res ad aliam collata est, sic etiam mente concipiatur, & sic deniq; de illa dici conveniens est.

LOGICÆ
LIBER SECUNDVS

De
Prædicabilibus.

CAPUT. I.

De Prædicabilium Definitione
& Distributione.

I.

Prædicabilia sunt conceptus rerum simplicium secundi, quales nimirum sunt ad alias comparatae, & quatenus invicem componi ac dividiri, vel dici & prædicari possunt.

2. Tenendum est hic diligenter, sub quolibet Prædicibili duo contineri: 1. Nomen seu Prædicabile ipsum formaliter acceptum. Quomodo definitur, Secunda Intentio à mente excogitata, ut denotet Intentionem Primam, quatenus de alia sui generis prædicari potest. 2. Materiale, quod est Res sive Intentio Prima.

3. Neutrū autem hic sigillatim definitur, sed Res seu Intentiones Prima, quatenus Secundis sunt substrata.

4. Eiusmodi Prædicabilia formaliter

DE PRÆDICABILIBUS

25

liter accepta, quinque numerantur: Genus, Species, Differentia, Proprium, Accidens.

5. Qua ita, & universalia quoq; ab officio nuncupantur. Nam quando primis concepibus imponuntur, eos habiles reddunt de se invicem prædicari, & conceptus primi, quibus imponuntur universales sunt, & de multis dici possunt.

6. Quod autem plura non sint, vel pauciora enumeratis, sic probatur. Quicquid de pluribus prædicatur, aut prædicatur in Quid, & hoc univorus, aut in Quale, & hoc pragmatus. Quod in Quid prædicatur, aut prædicatur de differentiis specie, & appellatur Genus, aut de differentiis numero, & dicitur Species. Quod in Quale prædicatur, aut prædicatur in Quale essentiali, & dicitur Differentia, aut in Quale Accidental. Hoc iterum vel prædicatur convertibiliter, & vocatur Proprium, vel non, & dicitur Accidens.

CAPUT. II.

De Genere & Specie.

I.

B 5

Genus

Genus tribus modis dicitur. 1. Multorum ad unum & ad se invicem quodammodo se habentium collectio. 2. Principium ortus alicujus sive id locus sit, sive genitor. 3. Quod continet Species, ut hic definitur. Text. 2.

2. Genus est prædicabile quod de pluribus differentibus specie, in qua stione Quid est prædicatur. T. 8.

3. Genus est collectivum multitudinis in Vnum. T. 36.

4. Genus de Specie prædicatur, non contra. Oportet enim aut maiora de minoribus, aut aequalia de aequalibus prædicari. T. 37.

5. Genus natura prius est sua Specie, posterius illatione, cap. 8. T. 6.

6 Genus de suis Speciebus prædicatur ovvav' pws, cap. 8. T. 8.

7. Genus superat Speciem, subiectarum specierum comprehensione, Species vero genu proprijs Differentijs. cap. 8. T. 9.

8. Genus aliud est Remotum, aliud Proximum.

9. Item aliud univocum, aliud Analogum.

10. Genus univocum æqualiter suis Speciebus communicatur. c. 9. T. 2.

11. Analogum omne ad aliquod univocum reducitur.

12. Analogum per se positum retinet significationem magis vulgarem.

13. Species interdum pro figura & forma sumitur, deinde pro eo quod sub Genere collocatur.

14. Species est quod sub Genere collocatur, & de quo etiam Genus prædicatur in Quid. T. 21.

15. Species est distributiva unitatis in plura. T. 56.

16. De quo Species prædicatur, de eodem etiam prædicatur ejus Speciei Genus. T. 38..

17. Species de suis Individuis æquale prædicatur. c. 12. T. 1.

18. In Generum & Specierum ordinatione, quædam Genera sunt Generalissimæ & summa. Quædam genera & Species subalternae & mediae, Quædam Species Specialissimæ & infimæ. T. 1.

19. Summa Genera sunt que supra se aliae Genera non habent. T. 23.

20. Mediae sunt, que respectu superiorum Species.

Species, respectu inferiorum Genera sunt.

21. Species specialissima est, quæ in plures Species dividi nequit, ea hic definitur.

22. Species est Prædicabile, quod tantum de Individuis, seu numero differentibus prædicatur in Quid. T. 23.

23. Individuum dicitur quatvor modis.

1. Quod omnino non dividitur.

2. Quod non facile dividitur. (cie.

3. Quod non subdividitur in plures Spe-

4. Quod non amplius dividitur in partes subiectas, ut hic accipitur.

24. Individuum est quod constat ex propriétatibus, quarum collectio nunquam in alio eadem esse potest.

T. 38.

25. Individuum continetur à Specie, & ha-
à Genere. Genus enim totum quoddam est, In-
dividuum pars. Species autem modo totum
modo pars. T. 39.

26. Individua variè indigitantur.

1. Proprio nomine.

2. èpideξi, sive demonstratione.

3. Per ἀράση seu circum locutione.

4. Nominis

4. Nomine communi καὶ εἰδούντων alicui tributo.

5. Pronomine indefinito.

27. Individuum aliud est Substantiale, aliud Accidentale.

28. Persona est substantiale Individuum, intelligens, incommunicabile, nec pars alterius, nec ab alio Sustentatum.

CAPUT. III.

De Differentia.

I.

Differre aliqua dicuntur tripliciter;

1. κοινῶς, id est communiter. 2. ιδίως, id est propriè. 3. ιδιάτερα, id est proprijs-
simè. T. 2. & 3.

2. Communiter, quando alterum ab altero,
vel à seipso differt qualicunq; diversitate. T. 2.

3. Propriè, cum alterum ab altero differt ac-
cidente inseparabili.

4. Hæ dua differentiæ faciunt ἄλλον, id
est diversum. T. 5.

5. Propriissimè, ut hic definitur differentia,
quæ facit ἄλλο, id est, aliud, & dicitur Diffe-
rentia specifica.

Dif-

6. Differentia est Prædicabile, quod de Genere divisivè in Quotuplex, de Specie constitutivè in Quale quid prædicatur. T.17.

7. Differentiæ tres sunt actus. 1. Dividere genus, 2. Constituere Speciem, 3. Et cædem ab omnibus alijs distinguere, seu facere differre.

| | | | | | | | | | | |
|---------------|---|----------------------|--------------------------------------|----------------------|---------------|-----------------|------------------|--------------|----------------------|---------------------|
| Diff. | <table border="0"> <tr> <td style="vertical-align: top; padding-right: 10px;">Separabilis</td> <td style="vertical-align: top; padding-right: 10px;"><i>Per se attribuuntur, & a-</i></td> <td style="vertical-align: top;"><i>Divisiva gen-</i></td> </tr> <tr> <td style="vertical-align: top; padding-right: 10px;">Inseparabilis</td> <td style="vertical-align: top; padding-right: 10px;"><i>lia est.</i></td> <td style="vertical-align: top;"><i>Dicupsula</i></td> </tr> <tr> <td style="vertical-align: top; padding-right: 10px;">et hæc alia.</td> <td style="vertical-align: top; padding-right: 10px;"><i>Ex accidenti.</i></td> <td style="vertical-align: top;"><i>Constitutiva</i></td> </tr> </table> | Separabilis | <i>Per se attribuuntur, & a-</i> | <i>Divisiva gen-</i> | Inseparabilis | <i>lia est.</i> | <i>Dicupsula</i> | et hæc alia. | <i>Ex accidenti.</i> | <i>Constitutiva</i> |
| Separabilis | <i>Per se attribuuntur, & a-</i> | <i>Divisiva gen-</i> | | | | | | | | |
| Inseparabilis | <i>lia est.</i> | <i>Dicupsula</i> | | | | | | | | |
| et hæc alia. | <i>Ex accidenti.</i> | <i>Constitutiva</i> | | | | | | | | |

T. 8. & 12.

8. Differentiæ qua per se attribuuntur, definitione sumendæ. T.10.

9. Differentiæ qua per se attribuuntur non recipiunt magis & minus. T.11.

10. Quæ ex accidenti, etiamsi inseparabila sint, magis & minus recipiunt. T.eod.

11. Differentia de sua Speciei Individuus qualiter prædicatur. cap.12. T.1.

12. Differentia qua est divisiva Generis, eadem est constitutiva Speciei. T.13.

13. Secundum Differentias aliud faciente, Genus in Species dividitur, & definitione constituuntur. T.7. & 15.

Genus

14. Genus suarum Specierum Differentias oppositas, potentia omnes, actu vero nullam habet. T.16.

15. Genus proportione respondet Materiæ, Differentia vero Formæ. T.17.

16. Differentia nunquam denotat ens compleatum, & separatum.

17. Differentia est posterior Genere, prior Specie. cap.7. T.6. & cap.12. T.5.

CAPUT. III.

De Proprio.

I.

Proprium dicitur quatror modis:

1. Quod soli quidem Speciei, sed non omnibus Individuis ejus competit.

2. Quod omni non soli.

3. Quod omni & soli, sed non semper: (Intellige de actu):

4. Quod omni, soli & semper, quodq; hic definitur.

2. Proprium est Prædicabile, quod de una sola Specie, & de omnibus ejus Individuis semper prædicatur in Quale est. 1. Top. cap.5. T.5.

3. Proprium aequaliter sua Speciei Individuus competit. cap.9. T.2.

4. pro-

4. Proprium reciprocatur cum eo eius est proprium. cap. 9. T. 6.

5. Proprium est absolutè proprium, aut comparatè. 1. Top. c. 5. T. 5. & 5. Top. c. 1. T. 2.

CAPUT. V.

De Accidente.

I.

Accidens est Prædicamentale, aut Prædicabile, illud est quod per se non subsistit, sed in alio semper inest. Hoc quod alteri non necessario & per se competit, sed contingenter, sive sic Substantia sive Accidens.

2. **A**ccidens est Prædicabile quod affirmatè & negatè de aliquo sine ejus destructione prædicari potest.

3. **A**ccidens est Separabile aut Inseparabile. Inseparabile quod causam in subiecto immobilem habet, Separabile contra. T. 3.

4. **A**ccidens est posterius sua specie. cap. 10. T. 2.

5. **A**ccidens non æqualiter quibus competit attribuitur. cap. 10. T. 3.

6. **A**ccidentia primo insunt Individua. cap. 10. T. 4.

De
PRÆDICAMENTIS.

CAPUT. I. Continet

Definitiones Äquivocorum, Synonymorum & Paronymorum.

I.

Quoniam res in se suaq; natura si ne comparatione ad aliud à nostro intellectu facta, concipiatur, generaliter nos docet tractatus de Prædicamentis.

2. **P**rædicamenta sunt conceptus rerum simplicium Primi, quales videlicet sunt in se ipsis consideratae, & mentali abstractione à ceteris quæ in composito sunt, sejunctæ.

3. Ut hi conceptus facilius fieri & rectius intelligi possint, tenendæ sunt quedam Definitiones, Divisiones & Regulae, que Logisticis Anteprædicamenta & Protheorie appellantur.

4. Sunt autem Definitiones tres, duæ Divisiones, & duæ vel tres Regule.

Definitio. I. Äquivocorum.

5. Äquivoca seu ὄμοιων sunt o-

C

rum

rum nomen solum commune, ad illud verò nomen accommodata Rei definitio diversa, T. I.

6. In equivocis non est contradic̄tio.

7. Äquivocum antequam ad aliquod Prædicamentum referatur distingvi oportet.

8. Äquivocum est æquivocans aut æquivocatum.

9. Äquivocum aliud casu est, aliud con filio, Tertium potest esse, secundum prius & posterius, quod rectius tamen dicitur Genus Analogon.

Definitio II. Vnivocorum.

10. Vnivoca seu Συνάνυμα, sunt quorum nomen idem, & ad nomen illud accommodata Rei definitio prorsus eadem.

11. Hac sola simpliciter & directe in Prædicamentis collocantur, & quidem propter Generis communionem in prædicamentali serie.

Definitio III. Denominativorum.

12. Denominativa sive Παρόνυμα sunt quæ ab alijs, ita ut casu differant nominis appellationem habent, T. 3.

13. In Paronymis distingvendum est inter Formam denominantem, Rem denominatam, & Denominativum.

14. Forma denominans Abstractum dicitur, res que nominatur Subjectum, denominativum seu compositum ex forma denominante, & re denominata dicitur Concretum.

15. Denominativa in nullo sunt Prædicamento, sed reducuntur ad idem Prædicamentum cum suo Abstracto.

16. Concreta alia sunt Accidentium, alia Substantiarum.

17. Hec vicissim alia Substantiva, alia Denominativa seu adjectiva.

Capit. II. Continet.

Divisiones τῶν λεγομένων καὶ τῶν ὄντων.

Divisio. I. τῶν λεγομένων.

1. Eorum quæ Dicuntur, quædam cum complexione, quædam sine complexione dicuntur, T. I.

2. Utraḡ tribus modis 1. Voce tantum, ut animal rationale, curro. 2. Re tantum, ut curro, animal rationale 3. Re & voce simul, ut homo est animal. Albedo.

3. Duo posteriores modi Incomplexorum, tantum in Prædicamentis locum habent.

Divisio II. tñv Óvtav.

Eorum quæ sunt. T. 2.

4. Quædam in nullo Subjecto sunt de Subjecto tamen dicuntur. *Vt Substantie universales.* Quædam in Subjecto quidem sunt, sed de nullo dicuntur, *ut Accidentia singularia.* Quædam utrumq; *ut Accidentia universalia.* Quædam neutrum, *ut Substantia singulares.*

5. Hic in Subjecto esse dicitur, quod cum in altero non tanquam pars est, sine eo tamen in quo inest esse nequit.

6. Tale autem subjectum inhæsionis dicitur.

7. Quæ vero ita in Subjecto sunt, eorum Nomen quidem, Definitio verò nunquam Subjecto convenit. Arist. T. 4. & 12.

8. Dicit de Subjecto, *vt Subjecto hic significat de aliquo prædicari Συγγένειας.*

9. Eiusmodi subjectum attributionis vocatur.

10. Quæ sic de Subjecto dicuntur, eorum nomen & definitio de Subjecto prædicatur.

DE PRÆDICAMENTIS. 37
II. Hac divisio tradit modos Essendi, unde fluunt modi Prædicandi. Arist. cap. 5. T. 3.

CAPUT. III.

Regulas continet.

Regula Prima.

1. Cum alterum de altero dicitur, tanquam de Subjecto, quicquid dicitur de Attributo etiam de Subjecto dicitur.

Regula Secunda.

2. Eorum quæ Genere differunt, & quorum unum altero non continentur, Differentiæ quoq; specie diversæ sunt.

Regula Tertia.

3. Subalternorum Generum exdem possunt esse Differentiæ.

4. Nam superiora inferioribus attribuuntur, quare quacunq; Attributi Differentiæ sunt, cædem etiam Subjecti erunt.

CAPUT. IV.

De prædicamentis in Genere.

1. Vt tandem ad ipsas Categorias veniam, sciendum primò in Prædicamentis duplicum esse ordinem κατὰ βάθος & κατὰ πλάτος.

2. Bādos seu profunditas est à summo Genere usq; ad individus.

3. Πλάτος seu Latitudo est inter Differentias, itemq; Species & Individua opposita.

4. Genera ergo, Species & Individua nata Bādōs sunt in predicamentali serie ascenden-
do & descendendo. Differentia vero inter se,
& species opposite nata πλάτος.

5. Secundò, Aliiquid in Prædicamen-
tis esse Quadrupliciter. 1. Reductive,
ut partes substantie, & propria passiones. 2. Per
accidens, ut punctum, instans, privatione.
3. Indirectè, ut differentia. 4. directe, u
nivoca reliqua.

6. Eorum quæ sine complexione di-
cuntur summa Genera 10. sunt, & qui
vocibus & rebus conceptus respon-
dent, totidem etiam simplices conce-
ptus universales reperiuntur, toti-
demq; ob eandem causam Categorias

7. Harum prima est Substantia, reliquæ
novem Accidentia, videlicet. Quantum,
Quale, Relatum, Actio, Passio, Ubi,
Situs, Quando, Habitus.

CAPUT. V.

De Substantia.

DE PRÆDICAMENTIS. 39

1. Substantia multis modis dicitur. 1. Essen-
tia cuiusq; rei, sive substantia sit sive accidentis.
2. Substantia immaterialis, ut Deus & Angeli.
3. Sensibile communiter, ut pes, manus. 4. Com-
positum & ejus predicatione Quid.

2. Substantia est secundum quam
aliquid in hoc est, hoc aliquid esse
dicitur. T. 16.

3. Substantia Differentias, Species, & In-
dividua exhibet Tabula.

Substantiæ propria in Quar-
to modo.

4. I. Substantia sola eadem nume-
ro manens sui mutatione recipit con-
traria. T. 21.

5. II. Substantia non est in subjecto. t. 12.
Substantiæ propria in prioribus
modis vel accidentiis.

6. Substantia prædicantur. Συνανύμωσις de-
aliquo. T. 15.

7. Substantia nihil est contrarium. T. 18.

8. Substantia non recipiunt magis & mi-
nis. T. 20.

9. Substantia quarum una alterius genus
non est, æquè sunt Substantia. T. 8.

10. Substantiae aliae sunt Primae, aliae Secundae.

11. Substantiae Primae sunt que neq; in subiecto sunt, neq; de subiecto dicuntur. T. I.

12. Secunda sunt harum species & genera.
T. 2. § 5.

13. Primi substantiis non existentibus impossibile est aliquid reliquorum esse, T. 5.

14. Prime substantiae sunt maxime substantiae. T. 5. & II.

15. Reliqua omnia aut de primis substantiis, ut de subiectis dicuntur, aut illis insunt. T. 5.

16. Secundarum substantiarum Species est magis substantia quam Genus. T. 6.

CAPUT. VI.

De Quantitate.

1. Reliqua sunt Accidentia.

2. Accidentia plura, solo numero differentia non possunt simul esse in eodem subiecto.

3. Idem numero accidens non potest migrare de subiecto in subiectum.

4. Primum accidens est Quantitas.

5. Quantum dicitur per accidens vel per se, & hoc vel ipsa Quantitas, vel aliud propter Quantitatem.

Quan-

6. Quantitas est secundum quam aliquid quantum dicitur.

7. Quantitatis Species & Differentia in tabula videantur.

Propria Quantitatis.

8. Quantitas sola æqualis vel inæqualis dicitur. T. 26.

9. Quantitas sola est divisibilis, item finita vel infinita.

Accidentia Quantitatis.

10. Quanto nihil est contrarium. T. 18.

11. Quantitas non recipit magis & minus.

T. 25.

12. Quantitatis per se nulla est efficacia.

CAPUT. VII.

De Relatis.

1. Relata dicuntur quæ respiciunt Absolutum quid, puta subiectum, deinde propriæ quæ Correlatum habent.

2. Relatio est secundum quam aliquid alterius esse dicitur. Vnde Relata conversim alia aliorum esse dicuntur.

3. Relatorum species videantur in tabula.

Proprietates Relatorum.

C 5

Rela-

4. Relata simul natura sunt. T. 17.
5. Inter Relata mutua est consequentia. T. 18.
6. Cognito uno relatorum definitivè cognoscitur & alterum. T. 26.
7. Relata de se invicem prædicantur in casu obliquo.
8. In Relatis. 4. sunt consideranda. 1. Fundamentum. 2. Terminus. 3. duo Correlata. 4. ipsa Relatio.

CAPUT. VIII.

De Qualitate.

1. Qualitas est ex qua aliquid quale esse dicitur. T. 1.
2. Qualitatis Species & Differentiae videntur in tabula.
3. Qualitates inter se sunt contraria. T. 2.
4. Qualitate sola res dicuntur similes & dissimiles. T. 30.
5. Qualitas recipit magis & minus T. 26.
6. Si contrariorum unum fuerit Qualitas etiam reliquum erit. T. 25.

CAPUT. IX.

De Reliquis sex prædicamentis.

Acti

DE PRÆDICAMENTIS.

1. V. Actio est secundum quam aliquid agere dicitur.
2. Actiones possunt esse contrariae.
3. Actiones quedam recipiunt magis & minus.
4. Omnis Actio ad certum finem dirigitur.
5. VI. Passio est secundum quam pati aliquid dicitur.
6. Passio natura & dignitate posterior est actione.
7. Passio recipitur non tam ad modum agentis, quam ad conditionem patientis.
8. VII. Quando seu Tempus est secundum quod aliquid aliquando esse, fuisse, vel futurum esse dicitur.
9. Quando non recipit contrarium, nec magis & minus.
10. VIII. Vbi vel locus est secundum quod aliquid alicubi esse dicitur.
11. Alicubi aliquid est per se, ut corpus, vel per accidens, ut punctum.
12. Alicubi seu in loco aliquid est communis vel adæquato.

Situs.

13. IX. Situs est secundum quem aliquid sic vel aliter positum esse dicitur.

14. X. Habitus est secundum quem aliquid hoc vel illo modo se habere dicitur.

CAPUT. X.

De Oppositis^s.

1. Sequuntur affectiones nonnullae diversi predicamenta immediate subsequentes, quae Logicis Postpredicamenta seu ὑποδιαλογικα vel ὑποδεοπικα dici consueverunt. de quibus tamen non nihil agendum.

2. Sunt autem Opposita, Prius, & Posteriorius, Simul, Motus, & Habere.

3. Opposita quatuor modis sunt. Relativè, Contrariè, Privativè & Contradictoriè. T. I.

4. Relativè oppositum alicui est quod totum id quod est sui oppositi esse dicitur.

5. Contrarie opposita sunt, quae sub eodem Genere collocata maxime inter se distant, & eidem subjecto ita insunt, ut se mutuo expellere possint, & hac propriè dicuntur contraria.

Con-

DE PRÆDICAMENTIS

45

6. Contraria sunt mediata vel immediata. T. 7.

7. Medium vel proprium nomen habet, vel indigitatur per negationem utriusq[ue] extremi. T. II.

8. Privativè opposita sunt que quidem in eodem versantur subjecto (non tamen simul) alterum tamen tantum positivum est.

9. Positivum Habitus dicitur, estq[ue] illud quod natura adesse debebat. T. 12.

10. Privatio autem ejus absentia est.

11. Horum alterum necessum est inesse ei cui habitus natura competit. T. 19.

12. A privatione ad habitum non datur regressus. T. 20.

13. Contradicторia sunt quorum unum assertit, alterum negat idem. T. 15. & 16.

14. Ut contraria non simul insunt, ita contradictoria non simul vera esse possunt.

CAPUT. XI.

De Contrarijs^s.

1. Porro Contraria (latè sumpta) sunt vel in eodem Genere, vel diversis, vel etiam diversa Genera. T. 6.

Omnia

2. Omnia contraria versantur circa idem
specie vel genere. T. 5.

3. Non necesse est si unum contrariorum sit
reliquum quoque esse. T. 3.

4. Contraria in eodem subiecto esse
nequeunt simul. T. 4.

CAPUT. XII.

De Priori.

1. Prius dicitur 1. Tempore 2. Con-
secutione. 3. Ordine. 4. Dignitate.
5. Natura. Arist. c. 12.

CAPUT. XIII.

De modis Simul.

1. Simul aliqua sunt Tempore, vel
Natura. Arist. c. 13.

CAPUT. XIV.

De Motu.

1. Motus species sex sunt: Genera-
tio, Corruptio, Alteratio, Augmen-
tatio, Diminutio, Motus Localis.

2. Motui generaliter opponitur Quies, spe-
cialiter vero Motus Motui. Arist. T. 6.

CAPUT. XV.

De Modis Habendi.

Habendi oculo sunt modi, 1. Habi-
tum

DE PRÆDICAMENTIS.

47

tum vel dispositionem. 2. Quantita-
tem. 3. Indumentum. 4. Ornamen-
tum. 5. Partem. 6. Contentum 7. Pos-
sessiones. 8. Uxorem vel maritum.

LIBER QUARTUS.

DE INTERPRETA-
TIONE ET POTISSIMUM

De Enunciatione.

CAPUT. I.

1.

Secunda Mentis nostræ operatio est
Compositio & Divisio, sive ut uno
nomine dicam, Simplicium comple-
xio. Qua nimirum conceptus simpli-
cies inter se coniunguntur.

2. In hac primum veritas & falsitas (scili-
cet complexa) invenitur. T. 5.

3. Hic antedicti conceptus quatenus ejus-
modi complexionem actu ingrediuntur, novam
sive ne considerationem, novaq. nomina for-
tiuntur. Nempe quod alius Subiectum, alius
Prædicatum, & voces quibus indigitantur,
Nomina & Verba vocentur.

CAPUT. II. de Nomine.

Nomen

1. Nomen est vox ex instituto significans sine tempore, cuius nulla pars significat separatim. T. 1.

2. Subiectum autem, quod Ramo Antecedens dicitur, est conceptus rei simplex nomine significatus, cui aliquid coniungitur.

3. Nomen, duplex est Finitum vel Infinitum. T. 4.

4. Finitum quod certam & definitam rem denotat, ut homo.

5. Infinitum est quod, excepta que nominatur indefinitè rem quamq; denotat, & fit Finito preposito Non. ut, Non homo.

6. Porro Nomen est vel propriè sic dictum vel ejus casus. T. 5.

7. Nomen propriè dictum est casus rectus cui si addatur verbum est; fuit uerit, verum aut falsum significat.

8. Casus nominis est casus obliquus, si verbum substantivum addatur, tum neq; uerum aut falsum significat, ut Philonis est.

9. Notandum deniq; est, quod sapè integra oratio aut verbū apud Grammaticos præsertim infinitivū hic Nomen esse possit, ut virtus est vitium fugere.

CAP.

1. Verbum, est quod ad significat tempus, cuius nulla pars significat separatim, & est semper nota eorum, quæ de altero dicuntur (hoc est predicatur.) T. 1.

2. Prædicatum, quod Ramo Consequens dicitur, est conceptus rei simplex verbo significatus, qui sua vi cum subiecto conjungitur.

3. Verbum similiter est Finitum vel Infinitum. T. 4.

4. Finitum quod certum & definitum aliquid de nomine dicit, ut studet.

5. Infinitum quod uno remoto, indefinito quidvis, ut non studet.

6. Infinita Nomina & Verba, excepto ut dicebatur uno, de quovis tam ente quam non ente dici & intelligi possunt.

7. Verbum quoq; est vel propriè sic dictum vel ejus casus. T. 5.

8. Verbum propriè dictum est verbum indicativi modi, & quidem propriissime Presentis temporis, Tertia persona.

9. Casus verbī sunt reliqui quos vocant modi.

10. Nomina & Verba transposita idem significant, alias uni affirmationi plures negationes opponerentur. Arist. c. 10. T. 17.

CAPUT. IV. De Oratione.

1. Ex his tanquam partibus constat Oratio, Mentalis quidē ex conceptib⁹ Subjecto & Attributo, vocalis v. ex vocib⁹ Nomine sc. & Verbo.

2. Oratio (sc. vocalis) est vox significans ex instituto, cuius aliqua pars significat separatim. T. 1.

3. Hæc perfecta est vel imperfecta.

4. Perfecta quæ sententiam complet, Imperfecta quæ non ut, Si fueris dives. Si R̄ma fuissim. saltem hoc facias.

5. Perfecta iterum Rhetorica & Poetica est vel Logica. T. 6.

6. Illa est, qua nomen & verbum communiter sumpta assitantur nec semper vera aut falsa est, cuiusmodi sunt, Vocative orationes, Imperativa, Optativa, Interrogativa.

CAPUT. V.

De Enunciatione in Genere.

1. Logica oratio quæ speciali nomine Ανοφαντις, Enunciatio vocatur, est qua Nomen & Verbum propriè t.

Eta copulantur, & semper vera aut falsa est. Sive quod idem est, vox quæ cum temporum discrimine esse aliquid aut non esse denotat. T. 6.

2. Omnis Enunciatio PRIMUM ex Substantia, dividitur in Simplicem (sive Categoricam) & Compositam (sive Hypotheticam.)

3. Simplex est quæ simpliciter aliquid affirmat aut negat.

CAPUT. VI.

De Affirmatione & Negatione.

1. Secundo Ex Qualitate, dividitur in Affimationem (quæ specialiter etiam Compositio) & Negationem (quæ Divisio appellatur.)

2. Affirmatio est enunciatio alicujus de aliquo, sive qua verbum de nomine affirmatur. T. 1.

3. Negatio est enunciatio alicujus ab aliquo, seu qua negatur. T. 2.

4. Omni Affimationi sua opponitur Negatio, & contra, (quæ Opposito dicitur) T. 3.

De Enunciatione vniuersali, parti-
culari, indefinita &c.

1. Tertio, Ex Quantitate, dividitur
in Communem & Propriam. T. i.

2. Communis est cuius Nomen (seu Sub-
jectum) est aliquod universale (hoc est predi-
cabile.)

3. Propria est cuius Nomen est Singu-
lare seu individuum.

4. Communis iterum est Signata aut
Indefinita.

5. Signata est in qua signum additur sub-
iecto. T. 4.

6. Signa sunt notæ non quantitatem
subjecti, sed quantum ex eo sumatur
indigitantes. hoc est an totum vel pars ejus
sumatur.

7. Signa sunt universalia vel parti-
cularia. Universalia qua totum subjectum
intelligi, notant.

8. Hæc dupliciter accipiuntur, Col-
lective vel Distributive. Collective
quando totum subjectum simul. Distributi-
ve, quando modo hoc modo illud, vel etiam

singu-

Singulae partes subjecti per se intelligantur. un-
de Regula: A Non distributo ad Distri-
butum non valet consequentia.

9. Sunt autem hæc signa Universa-
lia: Affirmativa, Totum, Omnis, Vnusquisq.
Quilibet, Nullus non, Nemo non. Negati-
va, Nihil, Nullus, Nemo, Ne unus, & He-
braicè Non omnis.

10. Particularia sunt qua partem subje-
cti volunt intelligi. Hæc interdum sumuntur.
Definite pro certa parte subjecti, interdum In-
definite. Illo modo interdum nota Singularium
seu individuorum sunt. Flac. P. 363.

11. Sunt autem hæc Affirmativa,
Quidam, Aliqui, Pars, Nonnulli. Negativa
universalium affirmantium, ut, Non omnis,
Non quilibet &c.

12. Hinc jam Signata Enunciatio a-
lia Universalis alia Particularis fit.

13. Universalis, qua signum univer-
salis additur subiecto,

14. Particularis qua particulare.

15. Indefinita cuius subiecto nul-
lum additum est signum.

16. Enunciatio præterea est vera aut
falsa.

D 3

Vera

17. Vera quæ cum re consentit, Falsa quæ non.

18. Enunciatio etiam est Propria, Figurata, vel Inusitata.

19. Propria quando est secundum modos in predicabilibus descriptos.

20. Figurata, cum quæ dissentiant de se invicem prædicantur. Quæ verificari nequit nisi aliqua pars figurata intelligatur.

21. Inusitata, quando Disparata de se invicem prædicantur sine ejusmodi tropo. Quia tamen vera est propter singularem & inusitatem illorum Disparatorum unionem. Cujus modi sunt prædicationes quadam de Christo, & in negotio S. cena.

22. Enunciationi accidunt (hoc loco) Oppositio, Consecutio, Aequipollentia.

23. Oppositæ sunt quarum una affirmat altera negat idem, de eodem, secundum idem, eodem tempore & respectu ejusdem. Flac. lib. 4. cap. 6.

24. Oppositæ quadam sunt secundum Regulam, quadam secundum Modum.

25. Omnis oppositio inter duas tantum est. Enunciationes. T. 11. & 12.

Neg. enim fieri potest ut uni Affirmationi plures Negationes eodem modo opponantur.

26. Oppositorum modi tres sunt. Contrarius, Contradictorius, & Subcontrarius. Arist. Prior. lib. 2. cap. 15. T. 2.

27. Contrariæ sunt duæ universales opposita. T. 2. & 5. de quibus Regula.

Reg. Contrariæ nunquam simul veræ esse possunt, In Materia contingenti simul falsæ esse possunt. T. 6. & 7.

28. Contradictoriæ sunt 1. Universalis & Particularis. 2. Duæ Indefinitæ. 3. Duæ Singulares seu Propriæ. T. 5.

Reg. Contradictoriarum altera semper vera altera falsa, sc. indistincte. T. 8. Zab. in tab. Log. P. 138.

29. Subcontrariæ sunt Duæ Particulares opposita. In his non semper idem de eodem utrobiq. prædicatur, & propterea verè opposita non sunt. Arist. Prior. lib. 2. cap. 15. T. 2.

Reg. Subcontrariæ nunquam simul falsæ esse possunt.

Quando autem de eadem re sunt, neg. simul vera esse possunt.

Quando Contrariæ simul falsæ, Sub-

contrariæ (modo sic appellantur) simul verae sunt.

30. Consequentes, sunt quæ simul veræ sunt ut possit una ponatur & altera.

31. Consequentes sunt (quas vocant) Subalterna, hoc est, Universalis & Particularis affirmans. Item Universalis & Particularis negans.

Reg. Ex his, si Universalis vera, etiam Particularis talis erit.

32. Ex consequentibus quedam sunt Convertibles, ita ut ex una sequatur altera, & ex hac vicius illa, quedam non.

33. Aequipollentia (ut quidam definunt) est duarum propositionum formalis & necessaria consequentia. Judicatur autem his Regulis.

I. Reg. Quoties Negatio preponitur sive universalis sive particulari facit aequipollere aliqui Contradicторias. Cæsarius tract. 3. cap. 24. 26. 27. & 28.

II. Quando negatio postponitur signo presertim universali, facit aequipollere, aliqui Contraries.

III. Quando negatio tam preponitur quam post-

postponitur signo, facit aequipollere aliqui Subalternas.

IV. Quoties duo signa universalia negativa ponuntur, Ita ut alterum ad Subjectum, alterum ad Prædicatum referatur, quod Subjectum respicit Contrario, quod vero Prædicatum suo aequipollat Contradictorio. ut ex nihilo nihil sit.

Exempla ab alijs petantur.

CAPUT. VIII.

De Enunciatione Una.

aut Pluribus.

1. Porro Enunciatio est Una aut Multiplex.

2. Una in qua unum de uno dicitur. T. 1.

3. Multiplex qua Plura de Uno, aut Vnum de Pluribus, aut denig. Plura de Pluribus enunciantur.

4. In his non est vera Contradiccio. & ejus que apparet non necessum est alteram partem esse veram vel falsam. T. 3.

CAPUT. IX.

De Futuro contingentí.

1. Ulterius ex Materia seu habitudine Subjecti ad Prædicatum Enuncia-

tio est Necesaria, Contingens vel Impossibilis.

2. Necesaria ex naturali Materia, quando Prædicatum est de essentia Subjecti aut cetero ejus proprium.

3. Contingens, cum ejus est Accidens.

4. Impossibilis ex Materia remota, cum ei nullo modo potest convenire.

5. Enunciatio est vel de Præsentis, Præteritis vel de Futuris.

6. Et hæc vel de futuris Necessariis vel contingentibus.

Omne quod est quando est necesse sum est esse. Sic & de ijs quæ fuerunt. T. 4.

7. Futurorum Contingentium non est determinata veritas, de quo controversijs. Aristot. toto capite.

CAPUT. X.

De Enunciatione Secundi & Tertiij adiacentis, item Finitis & Infinitis.

1. Verbum est vel Substantivum vel Adjectivum.

2. Substantivum quandoque est Secundi adjecti quandoque Tertiij.

3. Quando est Secundi adjecti, est verbum seu Prædicatum.

Quando Tertiij adjecti, non est verbum sed Pars verbi, sive Copula id cum Nomine concreta, T. 4.

4. Hinc Enunciatio alia Substantiva alia Adjectiva.

5. Et illa est Tertiij adjecti vel Secundi.

6. Ab Est Tertiij adjecti ad Est Secundi, non valet consequentia.

7. Deniq; Enunciatio est Finita vel Infinita.

8. Finita quæ constat ex Nomine & Verbo finito.

9. Infinita quæ ex utroque vel alterutro infinito.

10. Hæc vel est à parte Subjecti vel à parte Prædicati, vel etiam utraq; parte infinita.

11. Infinitæ à parte Subjecti reveras Singulares nulla sunt. 19.

12. Inter has & Finitas nulla est consecutio, Flac. Pag. 313. quia non agunt de eadem re.

13. Quæ est Finitarum cum signis, ea & harum est contradic̄tio. Flacius. Pag. 311. & 312.

14. Enunciata Adjectiva & Substantiva Secun-

Secundi adiecti, tantum à parte Subjecti Infinita esse possunt, verum ad Finitas nulla illa est Contradiccio, quia non agunt de eodem.

16. Infinitis à parte Prædicati consimiles sunt (quas vocant) Privantes, quarum nempe Prædicata sunt nomina privativa.

17. Infinitæ à parte Prædicati Affirmantes ita quandoq; efferuntur ut Negantibus Finitis non facile discernantur. Flac. P. 312.

18. Hic in universalibus. Ad Affirmatione sequitur alterius generis Negatio, Non contra. Flac. 316.

19. Deniq; hic dua Affirmationes simul jure nequeunt, Negationes possunt. Flac. P. 317. 322. &c.

20. Quæ ex utraq; parte Infinita sunt, trorūq; leges sequuntur.

CAPUT. XI.

De Enunciationum Conjunctione & Divisione.

1. Partes Enunciationis quandoq; Simplices quandoq; Compositæ sunt.

2. Sæpe autem fit ut Compositum alicuius tribuatur, cui Simplicia separatim

DE ENNUNCIATIONE.

tribui nequeunt. Et vicissim Simplicia cui non Compositum. unde.

3. Reg. A Divisis ad Coniuncta, & ab his ad illa non semper valet consequentia. T. 4. & 5.

4. Itaq; tenenda sunt Regula, quando valet, quando Non.

I. Reg. Quæcumq; ex Accidente dicuntur vel de eodem vel alterum de altero, rectè in Subjecto vel Prædicato non coniunguntur. t. 6.

II. Ea quorum unum alteri actu inest, sive expresse sive implicite, unum fieri nequeunt. T. 7.

III. si vero alterum de altero dicatur per se, id est unum habet locum Determinantis, alterum Determinati unum fieri possunt. T. 12.

IV. Coniuncta etiam Divisim predicantur, nisi oppositum sit in objecto, vel alterum eorum predicetur per accidens, hoc est per reliquum. T. 8. & 9.

V. Oppositum in objecto dicatur, quando Definitionibus pro Definitis, seu Nominibus sumptis, evidens est contradic̄tio. T. 11.

CAPUT. XII.

De Enunciatione Modali.

Fina-

1. Finaliter Enunciatio est de Inesse
(τὸς ὑπάρχειν) aut Modalis.

2. Illa est, quæ sine adjecto Modo,
simpliciter aliquid alicui inesse &c.
dicit.

3. Modalis, quæ etiam Modum ad-
jungit quo verbum nomini cohæret.

4. Omnis enunciatio Modalis, est Singu-
ris. Zab. in Tab. P. 143.

5. Habet autem duas partes, videlicet enu-
ciatum τὸς ὑπάρχειν, quod Dictum dicitur,
Modum.

6. Hic Dictum habet locum Subjecti, M-
odus v. Prædicati, sive anteponatur sive p.
T.s. § 9.

7. Negatio in hoc genere fit, cùm particula
negativa additur Modo aut Verbo Modi. T.
3. § 4.

8. Interdum tamen Negatio additur Sig-
nus aut verbo Dicti. Sed hac ratione Modalis qui-
dem negatur sed non modus.

9. Modi ejusmodi quatvor sunt:
Necessarium, Possibile, Contingens, Im-
possibile.

Etenim quod EST { Non potest Non esse, est
Necessarium
Potest non esse, est Con-
tingens. Quod

Quod v. Non est { Potest esse, est Possibile
Non potest esse, est Impos-
sibile.

10. Licet hic Quatuor enumerentur Modi,
tamen ad tres vel duos contrahi possunt, vide-
tacet, Necessarium, Possibile & si vis Impossibile.

Nam Possibilis & Contingentis eadem est
ratio, Impossibile vero cum negatione Possibilis
quadrat.

C A P U T . X I I I .

De Modalium opposi- tione &c.

1. Hic Primo notanda est ambiguitas quo-
rundam Modorum.

2. Contingens tripliciter accipitur, 1. pro
Necessario. 2. pro Non Necessario. 3. pro Possi-
bili, seu pro eo quod potest esse & non esse Arist.
T. 10. Prior: lib. 1. cap. 3. T. 5.

3. Deinde Contingens est simpliciter tale,
videlicet cuius contrarium etiam Contingens
est, vel ex Dimidio, cuius contrarium est Ne-
cessarium vel Impossibile. Arist. T. 10. Flac.
P. 351.

4. Sic Non contingit. 1. Pro impossibili. 2. Pro
Non necessario.

Possibile

5. Possibile quoq; significat. 1. Potentiam sine actu. 2. Potentiam cum actu. Hoc de vere necessario dici potest, illud non. T. II.

6. II. Notanda est Modorum Oppositiō.

7. Contradicторie opponitur Modus si ip̄i p̄epoſita particula Negativa. ut Necesse, Non necesse, s̄c in reliquis. cap. 12. T. 9.

8. Contrarie Necesse & Impossibile. Ita quando verbum Dicti Negatur in una, Affirmatur in altera, idem Modus, sibi cōtrarias efficit Enūciantiōes. ut Necesse est esse, Necesse est Non esse. t. 4.

Quæ Subcontrarie, Quæ Subalterne videntur Regula in Fonſeca.

9. III. Ipsarum Modalium oppositio, de qua Regula.

I. Reg. In Modalibus perfectissima est oppositio, que pugnat trifariam. videlicet secundum Modum, Qualitatē & Quantitatē. Flac. P. 360.

II. In Contradictorijs. si una fuerit Necessaria, altera erit Impossibilis. Non contra. Flac. P. 362.

III. In Contradictorijs, si altera ex universalibus, Coniungens fuerit, ejus contradicitoria Contingens erit.

IV. Si particolare signum sumatur indefinito, & Particularis fuerit Impossibilis, ejus Contradicens universalis erit Necessaria. Flac. P. 363.

V. Due Contradicentes Contingentes pariter sunt vera.

VI. In Contrarijs, si altera fuerit Necessaria altera erit Impossibilis, Non contra. Flac. P. 363.

10. IV. Modalium Æquipollentia, & Consecutio. Arist: I. Prior: cap. 13. t. 3. de quibus Regule.

1. Reg. Si aliqua propositio est Possibilis, eadem est Contingens, non impossibilis. ejusq; contradicitoria Non necessaria. T. I.

2. Si aliqua non est Possibilis, eadem non est Contingens, sed Impossibilis & ejus contradicitoria est Necessaria.

3. In Modalibus Finitis & Infinitis, ad Necessitationem sequitur alterius generis Affirmatio. Flac. p. 344.

4. Non omne quod ex necessario sequitur, ipsum protinus est necessarium. Flac. p. 375.

1. Repugnantes generaliter dicuntur quæ simul stare nequeunt.

2. Proprie vero sunt duas Affirmatiæ, in quibus duo contraria eidem subiecto attribuuntur.

3. Harum duas Negativæ quandoq; simul vera esse possunt, & Affirmativæ falsæ.

Appendix de Enunciato
composito.

1. Composita Enunciatio est quæ ex Simplicibus vi Coniunctionis aut aliquo Äquivalente componitur..

2. Hujus Negatio & contradic̄tio si, quando conjunctio aut ei æquivalens vinculum negatur. Quod fit cum negativa particula toti Enunciato præponitur..

3. In hisce præter Contradictionem non est alia Oppositiō.

4. Constant autem Compositæ, aut ex duabus Affirmativis, aut Negativis, aut altera Affirmativa, altera Negativa..

5. Species Compositi Enunciati tres sunt, Conditionale, Copulatum & Disjunctum,

Con-

6. Conditionale est, cuius partes conjunctione conditionali, connectuntur.

7. Hujus Affirmativa vera esse judicatur, si oppositum consequentis antecedenti repugnat, falsa si non.

8. Negativa vera judicatur, si remota negatione, falsa fuerit affirmativa..

9. Conditionalis vera, Necessaria, quoque est, falsa impossibilis'.

10. Hæc vera etiam ex falsis partibus esse potest, modo necessaria sit inter eas connexio.

11. Copulatum, est cuius partes conjunctione copulativa connectuntur,

12. Hæc vera judicatur cum utraq; pars vera est, falsa cum una saltem falsa est..

13. Disjunctum, est cuius partes conjunctione disjunctiva continentur.

14. Hæc vera est, si necessaria sit partium disjunctio. Hoc est, si partes sine ullo medio opposita sint, quas tamen separatim sumptas, non necessum est necessarias esse.

LIBER QUINTUS.
DE SYLLO-
GISMO.

ANALYTICORUM PRIORUM
LIBER PRIMUS.

CAPUT. I.

De Syllogismi definitione
& partibus.

Tertia Mentis humanae operatio, est Discursus, quem alii Argumentationem vocant, qua videlicet ex una pluribusve enunciationibus datis, alias deducit. *Vel, est processus Rationis à noto, ad ignotum, ut fiat notum.*

2. *Hic denuò Simplices Conceptus, nec non Enunciationes ipsæ, quatenus actu ejusmodi argumentationis materia sunt, aliter considerantur, alijsq; nominib; vestiuntur, quam extra hanc considerari nominariq; solent.*

3. *Et quidem simplices conceptus. οἷοι, id est Terminii vocantur.*

4. *Οἷοι seu Termini, sunt Ἀκμα (extrema) & Μέσον (Medium).*

5. *Extrema, sunt partes illius Enunciationis, quæ argumentando elicuntur.*

Sunt

L.I. DE SYLLOGISMO.

69

6. *Sunt autem duo, Majus & Minus.*

7. *Majus est Prædicatum. Minus vero Subjectum, antedictæ enunciationis.*

8. *Medium, quod alijs Tertium argumentum dicitur, est quod in positis Enunciationibus cum hisce extremis conjungitur.*

Reg. *Medius terminus, nunquam fit pars conclusionis.*

9. *Enunciationes deinde quæ habentur πρόθεσις, Λύματα, Λύψεις Latinè Præmissæ: Quæ arguitur ante factum Discursum Σητέμενον, Thema, propositum. Postea vero Συμπέρασμα, Conclusio & Complexio dicitur.*

10. *Præmissarum alia Major alia Minor vocatur.*

11. *Major quæ alias Propositio dicitur, est in qua Major terminus vel tota Questio, cum Medio disponitur.*

12. *Minor quæ alias Assumptio, est in qua vel solum Medium subsumitur, vel etiam cum hoc Minor terminus copulatur.*

Ex hisce conficitur Syllogismus.

E 3

Syllo-

13. Syllogismus est Oratio, in qua quibusdam positis, aliud quid ab his quae posita sunt, necessariò accidit, et quod hæc sunt. Arist. cap. 3. T. 3. & Topic. lib. 3. cap. 3. T. 3.

14. Syllogismus, ut Enunciationes, alius simplex alius Compositus est.

15. Simplex est, in quo Major terminus, cum Medio in propositione, Minor cum eodem in Assumptione conjungitur.

16. Simplex porro est Perfectus ut Imperfectus. T. 2.

17. Perfectus, qui ad principia Syllogismorum actu congruit, Imperfectus qui potentia tantum.

18. Ut ergo autem bonus est, & necessaria consequentia, licet utrobique consequentia, non si aqua manifesta.

19. Principia Syllogismorum sunt Dictum de omni & Dictum de Nullo, sive in toto inesse, & non inesse.

20. Dictum de omni est: Quicquid dici-

dicitur de Genere illud & de qualibet ejus Specie dicitur.

21. Quod fit, Quando nihil est sumere Subjecti, de quo non dicatur Prædicatum. Itaque Dictum de omni, nihil aliud est, quam naturalis Syllogismus Affirmatus.

22. Dictum de nullo est: Quicquid negatur de toto sive universo, id etiam de omnibus, que sub illo continentur merito negatur.

23. Quod fit, Quando nihil est sumere Subjecti, de quo dicatur Prædicatum: Itaque Dictum de nullo, nihil aliud est, quam naturalis Syllogismus Negatus.

CAPUT. II.

De Conversione Enunciacionum Simplicium.

1. Imperfecti Syllogismi, siquidem consequentia eorum non satis est evidens, ad Perfectos reduci solent, ut manifestior evadat.

2. Reductio est transformatio Syllogismi Imperfecti in Perfectum, ut necessitas illustrationis appareat.

3. Fit autem per Conversionem Enunciacionum, ideoq; de ea hic paucis agendum.

4. Conversio est Subjecti in Prædicatum, & hujus vicissim in illud commutatio.

5. Hac Necessaria est, cum transpositae etiam necessariò ex se invicem consequuntur.

6. Eiusmodi Conversio triplex est. Simplex, Per accidens, & Per contrapositionem.

7. Simplex quā termini tantum commutantur invicem, manente eadem enunciatione, quo ad Qualitatem & Quantitatem.

8. Per Accidens, quā insuper Quantitas variatur.

9. Per Contrapositionem, qua eadem quidem Quantitas & Qualitas manet, sed mutantur termini Finiti in Infinitos.

10. Necessario convertuntur, Simpliciter quidem Particularis Affirmans, & Universalis Negans. Arist. T. 2. 6. § 8.

11. Per accidens Universalis Affirmans & Negans T. 3. § 7.

12. Per Contrapositionem, Universalis Affirmans & Particularis Negans.

CAPUT. III.

De Conversione Modalium.

I. Modales convertuntur converso Dicto:

Reg. 1. Dictum in Necessarijs qualecumque in Con-

in contingentibus Affirmatum, convertitur ut Absolutum. T. 2. 3. § 5.

Hoc est, Si conversa fuerit Necessaria, Possibilis aut Contingens, ejus Convertens talis erit. Flac. p. 376.

2. Reg. II. Dictum in Contingentibus Negatum, si Contingens sumatur pro Necessario vel Possibili, convertitur ut absolutum. T. 6.

3. Reg. III. Dictum in Contingentibus Negatum, si Contingens sumatur, pro Non necessario, eo quod potest esse & non esse, Particulare convertitur, Universale non. T. 7.

II. Modales convertuntur in Absolutas, cum Modus sit determinatio Subjecti, & haec in Modales, cum determinatio Subjecti sit modus. Flac. p. 387.

III. Modales in quibus negativa additur modo, convertuntur in Aequipollentes.

CAPUT. IV.

De Syllogismis absolutis in prima figura.

1. Syllogismus iterum alius est Absolutus, qui ex Enunciationibus absolutis

litis: vel Modalis, qui ex Modali una, vel pluribus constat.

2. *Vterq; propter variam Medij collocationem, aliam atq; aliam sortitur Figuram.*

3. *Figura est legitima terminorum dispositio.*

4. *Figuræ ejusmodi naturales quodāmodo, Tres sunt, quibus Quarta addi solet praternaturalis.*

5. *Syllogismi Perfecti tantum in Prima Figura fiunt, Imperfetti in reliquis, unde ut perficiantur, ad Primam reduc debent: T. 24.*

6. *Antequam verò ad Figuras & Modos in specie deveniamus, voces quadam (quas vocabula Artis appellare consueverunt) tradenda & explicanda sunt, quibus Modi cuiuslibet Figure nominantur.*

7. *In his enim latet Ars, qui Modi Imperfectorum Syllogismorum ad quos Perfecti Syllogismi Modos, & quomodo reduci debeant.*

8. *Modorum directè concludentium voces hæ sunt:*

Barbara, Celarent primæ, Darij, Ferioq;.

Cæsare, Camestres, Festino, Baroco, secundæ.

Tertia grande sonans, recitat Darrapti, Felapton...

Adjuñgens Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison...

At Cadere, & Fedilo, Digami, Boggano, Balanicq;.

Hos dat Quarta modos, quos Primâ perfice si vis.

Modi indirectè concludentes in primam sunt.

Baralipton, Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisemorum...

9. In hisce vocabulis, tres syllabæ significant tres Enunciationes, quibus unusquisque syllogismus componitur.

10. Consonantes prime in his vocib. significant eum Modum reliquarum figurarum, si perficiantur, debere reduci ad Modum directum primæ Figure, qui ab eadem consonante incipit.

Simili-

Similiter Modos indirectos, prime Figure, ad directos ejusdem. Arist. cap. 7.

11. Vocales cuiusq; syllaba significant Quales Quantaq; enunciations erunt cuiusq; Modi.

Assetit A. Negat E. stant Universa. liter ambæ.

Afferit I. Negat, O; sed Particulari. ter ambæ.

12. Verum ut hac reductio facilius fieri, consonantes post vocales constituta sunt, ut de. notent quomodo quilibet modus reducatur. ni. mirum.

S, vult simpliciter verti, P, vero per accidens.

M, vult transponi, C, per impossibili. bili deduci.

Hicce exposita, ad singulas tandem Figures deveniemus.

13. Prima Figura est, cum tres ter. mini ita inter se affecti sunt, ut Minor sit in toto Medio, & Medius in toto Majori sit vel non sit. T. 2.

Vel, Prima Figura est in qua me. dium subjicitur in Maiore, prædicatur in Minore propositione.

14. In

14. In hac Figura fit processus à Genere ad Speciem, & omnis generis Questiones conclu. di possunt. T. 25.

15. Reg. I. In Prima Figura cum Ma. jor est particularis, nihil sequitur.

II. In Prima Figura cum Minor est negativa nihil sequitur.

16. Modi directè concludentes sunt Quatuor.

I. Est Universalis Affirmans, in quo ex universalibus affirmativis præmissis, infertur Conclusio universalis affirmativa, & vocatur BARBARA. ut.

BAR Omne honestum est justum.

BA Omne & quum est honestum, E.

RA Omne & quum est justum.

II. Est universalis Negans, & dicitur CELARENT. ut.

CE Nullus timidus est liber.

LA Omais avarus est timidus. Ergo.

RENT Nullus avarus est liber.

III. Est particularis Affirmativus & dicitur DARIJ. ut.

DA Omne corpus est substantiale.

RI Quædam Meteora sunt corpora. E.

J. Quædam Meteora sunt substantialia.

IV. Est Particularis Negans, & dicitur FERIO. ut

Nullum

- FE Nullum accidens est substantialis.
 RI Quædam meteora sunt accidentia, Ergo,
 O. Quædam meteora non sunt substantialia,

CAPUT. V.

De Syllogismis absolutis in
Secunda Figura.

Secunda Figura, est quando Medium, partim Omni, partim Nulli, aut utriq; Omni, vel Nulli inest. T. i.

Vel, est in qua Medium predicatur
in Maiore, & Minore propositione.

In hac Figura fit processus à Specie, ad Speciem & tantum Negativæ Questiones concludi possunt, T. ultimo.

Reg. I. In Secunda Figura cum Major est Particularis, nihil sequitur.

II. In Secunda Figura, ex puris Affirmativis nihil sequitur.

Modi sunt Quatuor utiles & directi.

GE CES Nemo turbatus bene utitur ratione.
 LA A Omnis Sapiens bene utitur ratione, E,
 RENT, RE. Nemo Sapientis est turbatus.

LA CAM Omne mortale est compositum.
 CE ES Nullus animus est compositus, Ergo,
 RENT, TRES. Nullus animus est mortalis.

FE FES Nulli electi damnantur.
 RI TI Quidam vocati damnantur, Ergo,
 Q. NO+ Quidam Vocati non sunt electi.

- BAR BA Omnes hypocrita damnantur.
 BA RO Non omnes audientes verbum Dei
 damnantur, Ergo,
 RA CO Non omnes audientes verbum sunt
 hypocrita.

Reducuntur in Primam tres priores, Maiores
 conversi, in CAMESTRES tamen prius præmissæ
 transponantur. BAROCO autem per impossibile
 probatur.

CAPUT. VI.

De Syllogismis absolutis in
Tertia Figura.

Tertia Figura est, cum eidem Medio, aliud quidem Omni, aliud vero Nulli, vel ambo Omni aut Nulli insint. T. i.

Vel, est in qua Medium utrobique
præcedit.

In hac Figura fit processus à Specie ad Genus, Ideoq; Particulares tantum Questiones concluduntur. T. ultimo.

Reg. I. In Tertia Figura cum Minor
est negata nihil sequitur.

Modi utiles & directi sunt sex,

DA O. hypocrita damnantur.
 RA C. hypocrita sancte vivunt Ergo,
 PTI. Quidam sancte viventes damnantur,

FE Nulli hypocrita salvantur.
 LAP Omnes hypocrita sancte vivunt, Ergo,
 TON. Quidam sancte viventes non salvantur.

Qui-

- DIS Quidam Electi graviter peccant.
 AM Omnes Electi salvantur. Ergo.
 IS. Quidam qui salvantur graviter peccant.
 DA Omnis Orator probabiliter differit. Ponitur
 TIS At Orator quandoq; est rerum im- explica-
 peritus. Ergo. te apud
 I. Rerum imperitus, quandoq; proba- Plat. in
 biliter differit. Gorg.
 BO Quidam æ gri non student.
 CAR Omnes æ gri sunt pallidi. Ergo.
 DO. Quidam pallidi non student.
 FE Nullum Non ens movetur. Ponitur in
 RIS Aliquod Non ens generatur. E. teger apud
 ON. Generatio non est motus. Aristot. Phys. c. i.

*Reducuntur ad Primam, Minore conversa,
 in Disamis tamen prius transponuntur. Bo-
 cardo per impossibile probatur.*

CAPUT. VII.

I. Commune est omnibus Figuris, ut ali-
 qua ex Premissis, sit Universalis, aliqua sem-
 per Affirmans. T.I.

2. Sunt etiam in singulis Figuris, quidam
 Modi indirecte concludentes, qui etiam ad
 directos reduci possunt. ut.

In Prima Figura.

Omne

- BA Omne animal est substantia. Vel summa r
 RA Omnis homo est animal. Exemplū in Bac-
 LIPTO Quædā substantia est homo. bara primæ fi-
 guræ & mutetur
 CE Nullus timidus est liber. in Baralipton.
 LAN Omnis avarus est timidus. Ergo.
 TES. Nullus liber est avarus.
 DA Omne corpus est substantiale.
 BI Quædam Meteora sunt corpora. Ergo.
 TIS. Quædam substantialia sunt Meteora.
 FAP Omne animal est substantia.
 ESM Nulla planta est animal. Ergo.
 O. Quædam substantia non est planta.
 FRIS Quidam lapis est substantia.
 ESM Nullum animal est lapis. E.
 ORUM. Quædam substantia non est animal.

In Secunda Figura.

- FIR Aliquis homo est albus.
 ESM Nullus Æthiops est albus. Ergo.
 O. Aliquis homo non est Æthiops.

In Tertia Figura.

- FAP Omnis homo est bipes.
 EM Nullus homo est avis. Ergo.
 O. Aliquod bipes non est avis.
 FRIS Aliquis homo est albus.
 EM Nullus homo est lapis. Ergo.
 O. Aliquod album non est lapis.

Omnes hi Syllogismi Imperfecti perficiun-
 tur per Primam Figuram. Et quidem per du-

osmo-

os modos universales Prima Figura. Arist. T. 6.7.8.

4. Particulares namq; Prima ad Secundam reduci possunt, & Secunda Figura omnes, ad universales Prima. Ergo & Particulares Prima ad Universales ejusdem. T. 9.

5. Vnde etiam Tertia Figura Modi, qui ad particulares Primi reducuntur, tandem etiam ad Universales reduci possunt. T. 10.

Quarta Figura, est in qua Medium prædicatur, de Majore extremo, in Propositione, & subiectur Minoris in Assumptione, unde conclusio plerumq; specialis efficitur.

Modi quinq; sunt, qui transpositis tantum, Premissis, idem sunt cum oblique concludentibus In prima.

| | | |
|------|---------|------------------------------------|
| LAN | GA | Omnis avarus est Timidus. |
| CE | DE | Nullus timidus est liber. Ergo & |
| TES | RE | Nullus liber est avarus. |
| ESM | FE | Nulla planta est animal. |
| FAP | GA | Omne animal est substantia. Ergo, |
| O. | NO | Quædam substantia non est planta, |
| BA | BA | Omne æquum est honestum. |
| RA | LA | Omne honestum est justum. Ergo, |
| LIP | TÖ, NI. | Quoddam justum est æquum. |
| ESM | FE | Nullum animal est lapis. |
| FRIS | DI | Quidam lapis est substantia. Ergo, |
| ORU | LO | Quædam substantia non est animal, |

| | | |
|------|-----|-------------------------------------|
| BI | DI | Quædam Meteora sunt corpora, |
| DA | GA | Omne corpus est substantiale. Ergo, |
| TIS. | MI. | Quædam substancialia sunt Meteora. |

De Syllogismis Modalibus puris & mixtis agit Arist. sequentib. cap. ad 23. de quibus ipsum & alios consulere poteris.

CAPUT. XXIII.

Quod omnis Syllogismus, sit in aliqua Trium Figurarum.

1. Omnis Demonstratio, ostendit aut inesse aliquid, aut Non inesse, & verumq; aut Universaliter, aut Particulariter. Et hæc omnia Ostensiva, vel ex Hypothesi, cujus pars est quæ dicit ad impossibile. T. 2.

2. Sed hæc omnia fiunt in tribus illis Figuris. E.

3. Deinde in omni Syllogismo, necessarium est aliquod Medium, quod ad utrumq; Extremum referatur. T. 7.

4. Sed hoc tantum tripliciter Collocari potest, Ergo tres tantum Figura.

5. Minor probatur, aut enim Medium prædicatur de uno extremo & subiectur alteri, aut prædicatur de utroq;, aut deniq; subiectur utriq; Arist. T. 8.

6. Deductio ad impossibile, est pos-
sita conclusionis contradictriorâ, col-
lectio impossibilis, per hypothesin ab
initio concessam. Sed omnis ejusmo-
di collectio sit per Syllogismum,
ostensivum: Ergo etiam hæc, ut Ostend-
ivæ, in aliqua trium Figurarum erit,
T. 11.

CAPUT. XXIV.

De Qualitate & Quantitate

Terminorum.

1. In omni Syllogismo, erit aliquid Affirma-
tivum, & aliquid Universale, alias vel non
erit Syllogismus, vel non pertinebit ad propo-
tum, vel petatur principium.

Unde.

Reg. I. Ex puris Particularibus nihil
sequitur.

II. Ex puris Negativis nihil se-
quitur.

III. Si conclusio est Universalis,
ambæ præmissæ tales erunt. T. 2.

IV. Si Affirmata conclusio, etiam
præmissæ tales erunt.

V. Si præmissæ differunt Quan-
titate & Qualitate, Conclusio sequi-
tur partem debiliorem. T. 3.

LIB. I. DE SYLLOGIS. 85
Debilior autem est Particularis Universa-
li, & Negativa Affirmativa.

CAPUT. XXV.

De Numero terminorum & pro-
positionum.

1. Reg. I. In Syllogismo non sint plu-
res Termini quam Tres. T. 1.

Exceptio. 1. Nisi eadem conclusio probetur
per diversa Media. T. 2.

2. Nisi Syllogismo principali, adjuncti
sint Prosylogismi. T. 3.

3. Nisi sit Syllogismus compositus. T. 4.

2. Reg. II. Omnis Syllogismus con-
stat duabus Propositionibus & Con-
clusione. T. 6.

Exceptio. 1. Nisi adsint Prosylogismi.

2. Vel Syllogismus sit Compositus.

3. Itaq; Propositiones sunt una numero pa-
ciores Terminus, Conclusiones Propositionibus.
T. 8.

4. Distantiae enim una pauciores sunt Ter-
minis, Propositiones autem sunt Distantiae Ter-
minorum. T. 9.

CAPUT. XXVI.

Quæ Quæstiones facilius, quæ diffi-
cilius adstruantur, vel destruantur,

1. Quæstio, que in pluribus Figuris adseruntur, eo facilius, & quo paucioribus, eo difficilius adstruuntur. Contraq; quo pluribus evertuntur, eo facilius, quo paucioribus, eo difficilius. T. 1.

2. Sed Universalis Affirmativa, in Prima tantum adstruitur. T. 2.

Universalis Negativa in Prima & Secunda.

Particularis Affirmativa in Prima & Tertia.

Particularis Negativa in omnibus tribus.

3. Ergo, Universalis Affirmans difficilimè probatur, reliqua proportionaliter. T. 3.

4. Evertitur enim Affirmativa per Negativam, Particularis per Universalem: Et contra. T. 4.

5. Evertere etiam facilius est, quam adstruere.

CAPUT. XXVII.

De copia Mediorum.

1. Deniq; de usu Doctrinæ syllogisticae agendum.

2. Hic in Genesi & Analyti consistit. Genesi

3. Genesi est facultas efficiendi Syllogismos, ad quamcumq; Quæstiōnem concludendam.

4. Ad hanc facultatem, non solum requiritur Ratio conformandi Syllogismum, quæ jam tradita est: sed etiam Ratio inveniendi Medium.

5. Medium facile invenitur, si habetur copia Mediorum, & Industria eligendi id, quod ad propositam Quæstiōnem idoneum est.

6. Copiam Mediorum habebis, si spectaveris Antecedentia, Consequētia & Repugnantia partium Quæstiōnis. t. 5.

7. Antecedens est terminus, de quo aliquid potest affirmari: ut Species, est antecedens Generis, Differentia, Proprijs, Definitionis.

8. Consequens est, quod de aliquo affirmari potest, ut Genus, Differentia, Proprium, Definitio Speciei.

9. Repugnans est, quod de aliquo affirmari non potest. Ut Disparatum Disparato, Contrarium contrario, Habitus Privationi.

10. Ex his, ut idoneum invenias, delectum

lectum habebis juxta sequentes Cano-
nes, cum Generales tum Speciales.

Canones Generales.

I. Distingvenda sunt consequentia,
quæ Essentialiter consequuntur, quæ
Accidentaliter, & ex his quæ Reci-
procè: quæ non. Tum quæ revera
consequuntur, quæ secundum opini-
onem. Nam quo plura habueris, eo
facilius concludes, quo veriora eo
certius. T. 6.

II. Eligenda, quæ universaliter con-
sequuntur. Ex his enim sit Syllo-
gismus. T. 7.

III. Eligenda Antecedentia, quæ
Universaliter antecedunt. T. 8.

IV. Nota universalis non jungenda
consequenti. T. 9.

V. Consequentia proxima sumen-
da, non remota. T. 10.

VI. Antecedentia proxima sumen-
da, non remota. T. 11.

Caput. XXVIII.

Canones Speciales de Dele-
tione Mediorum.

I. Ad Questionem Universalem
Affirmantem, Eligatur Medium quod est
antecedens Prædicati, & consequens Subjecti,
& concludatur in Barbara. ut sit Quæstio: An
secundum virtutem vivendum? Medium sit
Mandatum Dei. t. 1.

II. Ad Particularem Affirmatiuam
eligatur Medium antecedens Prædicati & Sub-
jecti. ut sit Quæstio: An aliquis homo sit su-
spendens? Medium sit fur. Arist. t. 2.

III. Ad Universalem Negativam,
eligatur quod alterius extremiti repugnans, al-
terius consequens est. Ut sit Quæstio: An nulla
virtus sit mala? Argumentum, reddere homi-
nem meliorem. Arist. t. 4.

IV. Ad Particularem Negantem,
eligatur quod Antecedens sit subjecti, & Re-
pugnans prædicati. ut sit concludendum:
Quendam morbum non esse curabilem: Me-
dium, lepra. Arist. t. 4.

Caput. XXIX.

1. Eadem est ratio, tam colligendi, quam
deligendi Media, in Syllogismis ducen-
tibus ad impossibile. t. 1.

2. Itemq; Hypotheticis. t. 6.

3. Et Modalibus, ita ut nulla alia sit via,
F 5 quam

quam haec unica, videlicet, respiciendo ad Antecedentia, Consequentia & Repugnantia parvum Questionis. t. 8. 12.

CAPUT. XXX.

I. Et haec ratio valet, in omnibus, sive Artibus, sive Scientijs, sive Disciplinis quibuscumq; t. 1.

2. Quamvis propria in qualibet earum, sint querenda, qua experientia & observatio tradere solent. t. 3.

3. Hic enim tantum Universaliter docet, quomodo Propositiones eligere oporteat, in Topicis prolixius dicetur. t. 4.

CAPUT. XXXI.

I. Divisio autem qua veteres usi sunt hujus Methodi exigua pars est. t. 1.

Est namq; imbecillis Syllogismus, quia petit Principium, & semper ex superioribus concludit, contra quod in Demonstratione sit. Exemplo res fiat manifesta. t. 3.

Velis Divisione probare, Hominem esse mortalem: Omne animal, aut est mortale, aut immortale. Sed homo est animal non immortale, ergo mortale. Hic & Medium Animal est superius, & Assumptio petit principium.

Aut sequetur tantum hominem esse mortalem, aut immortalem.

2. Deinde hac Methodo nihil everti potest, neq; de Accidente, Proprio, Genere, aut his quae ignoramus, utrum hoc vel illo modo se habent, concludi potest.

CAPUT. XXXII. De Analysis.

I. Analysis est resolutio Orationis ad certam Syllogismi Formam, & Modum, ut consequentia vel inconsequentia manifestetur.

In hac resolutione.

2. I. Investiganda est quæstio principialis, sive Thema, vel Propositio. hoc est, id quod probare intendit author.

II. Considerandum quibus rationibus hoc probet Immediate, hoc est, Premissa eruendæ, & si has iterum confirmet alijs, qualibet seorsim ponantur, nec Præmissarum confirmationes, cum ipsis Præmissis confundenda. Arist. T. 2.

III. Videndum quæ sit Universalis, quæ Particularis. T. 3.

IV. Si quæ Præmissarum defuerit, aut

aut Conclusio, ex contextu & scopo totius est adiicienda, si quid superfluum sit, illud amputandum, & seorsim tantisper collocandum.

V. Interea videndum, an posita oratio sit Syllogistica. Non enim omne quod necessariò ex altero sequitur, vi Syllogismi sequitur, T. 5. & cap. 33.

VI. In quacunq; oratione idem sapientius non repetitur, ea non est Syllogismus, non enim sumptum est Medium, T. 9.

VII. Inventis Propositionibus, hæc in Terminos resolvendæ. t. 6.

VIII. Et quis ex illis Medius, indagandum. t. 7.

IX. Ulterius, si velis ad Figuram & Modum reducere, consideranda est dispositio. Quod facilimè fiet, si Propositiones in ordinem redigantur, ut Major præcedat, subsequatur Minor, deniq; Conclusio adiicitur. Etenim si Medium Subjicitur in una, prædicatur in altera, erit Syllogismus Prime Figura. Si utrobius prædicatur, Secunda, si utrobius subjicitur Tertia. T. 8.

Tum

X. Tum Conclusio perpendenda in qua Figura concludi posit. Demum & ipsæ Præmissæ, Quales Quantæq; sint, ut Modus habeatur. t. 10. cap. 42. t. 2.

CAPUT. XXXIII.

Insuper observandum accuratè, ne decipiamur, an Termini Indefinitè collocati, pro Universalibus haberi possint. Etenim ut Syllogismus aliquis sit, eos pro Universalibus aliquando sumi necessum est.

CAPUT. XXXIV.

Sæpe hic Concreta Abstractis, & hæc illis permutanda.

CAPUT. XXXV.

Sæpe integra oratio, pro termino collocata reperitur, seu simplè terminus, pluribus vocabulis est expressus.

CAPUT. XXXVI.

Sæpe casibus casus mutati, qui in Propositionibus prout convenient, manent. Quando autem hæc in Terminos solvantur, obliqui casus in rectos commutandi. t. 1. & 10.

CAP,

CAPUT. XXXVII.

Dici autem unum de altero tot modis potest, quot sunt κατηγορίαι, & hoc aut secundum quid, aut simpliciter, item aut simplex, aut coniunctum, qua singula non sunt negligenda.

CAPUT. XXXVIII.

Si quis terminus redupliceter, is Major est statuendus.

CAPUT. XXXIX.

Nonnunquam alius terminus clarior, pro alio substituendus, & nomina pro integris orationibus.

CAPUT. XL.

Videndum tamen, ut qui idem valent substituantur.

CAPUT. XLI.

Non enim idem est dicere, hoc Huic inest, & hoc huic Omni inest, & sic de alijs.

CAPUT. XLII.

Neque illud lateat, Syllogismi Compositi conclusiones, saepe in diversis figuris concludi, que in resolutione, ad suam quæc, reducantur.

De-

CAPUT. XLIII.

In Definitionum reprehensione, non tota Definitio, sed Terminus qui reprehenditur accipiendus, ne quis ob prolixitatem turbetur.

CAPUT. XLIV.

Syllogismos autem Hypotheticos, nihil necessum est ad Figuras reducere. Nihil enim probant, nisi ex conventione. T. I.

Eorum qui ad Impossibile ducunt, similis est ratio. 4. 2.

Ipse equidem Syllogismus in aliqua Figura est, sed tamen ex Hypothesi tantum probat.

CAPUT. XLV.

Resolutâ oratione in Syllogismum & Figuram, in qua composita est, si ejusmodi sit conclusio, qua in pluribus Figuris concludi potest, conversis, & quandoq; transpositis propositionibus, in alias Figuras eosdem resolvere licet.

CAPUT. XLVI.

Deniq; quia Negatio & Affirmatio Infinita, vel Privatio, non sunt idem, diligenter sunt distinguenda, nisi in errorem velimus incidere.

Atq; hac de Genesi & Analyti Logica dicta sufficiunt.

Ana-

ANALYTICORUM PRIORUM
LIBER SECUNDUS.

C A P U T . I.

De potestate plura Concludendi.

I.

Si quidem Syllogismi Genesin & Analysin absolvimus: Proximum est ut de Potestatibus & Imbecillitatibus Syllogismorum, tum etiam de Syllogismis imperfectis nonnihil dicamus.

2: Potentia Syllogismorum sex sunt: PRIMA. Unus Syllogismus potest plura Concludere, videlicet.

1. Si Conclusio est convertibilis, etiam concluditur convertens. t.2.

2. Si est Universalis, etiam concluditur ejus Particularis. t.3.

Reg. Nam quicquid sequitur ad consequens bonæ consequentiæ, sequitur etiam ad Antecedens.

C A P U T . II.

De potestate concludendi vera ex falsis & veris.

I. SECUNDA: Ex veris nihil nisi verum concludere. Ex falsis autem quandoq; verum, nempè: Quod si non autem Cur sit. t.2, Itaq;

D E S Y L L O G . L I B . II.

97

2. Si pramissæ sunt vera, conclusio quoq; vera erit. t.2. & 3.

3. Si falsæ, non necessum est Conclusionem esse falsam. 2.

4. Sive in Prima Figura.

C A P U T . III.

1. Sive Secunda.

C A P U T . IV.

1. Sive Tertia.

2. Si autem Conclusio falsa, Vna vel utraq; prmissarum falsa erit.

3. Si vera, non necesse est prmissas esse veras. t.15.

C A P U T . V.

De potestate probandi per Circulum.

1. TERTIA: Circulo probare. hoc est, per Conclusionem & alteram ex prmissis, conversam, Concludere reliquam, quæ fuerat in altero Syllogismo. t.1.

2. Est autem circulus perfectus, quando utraq; prmissa induci potest, & earum etiam conversæ. t.4.

3. Ejusmodi circulus tantum fit, ex terminis

G

minis

minis convertibilibus & propositionibus Universalibus Affirmatis in Barbara.

4. In Universalibus Negatis, non fit perfectus circulus, quia sola Major induci potest. t. 7.

5. In particularibus Affirmatis, tantum Minor induci potest. t. II.

CAPUT. VI.

In secunda Figura, cum una tantum sit affirmativa, illa per negatas probari nequit, unde nec circulus datur perfectus.

CAPUT. VII.

1. In Tertia Figura cum omnes particularis esse nequeant, unam autem esse necesse est, Universalem per particulares probari non posse, constat.

2. Ex quo patet nec hic magis quam in Secunda ullum circulum fieri posse, vel cum Imperfectum. t. 9.

CAPUT. VIII.

De potestate evertendi per Conversionem.

1. QUARTA, Conversione evertere, hoc est. Mutata conclusione positi Syllogismi, in contrariam vel contradictoriam, & assumpta, ex præmissis altera

ra, alio Syllogismo reliquam everte-re. t. 1.

2. Potest verò Conclusionis, vel contraria sumi, vel contradictoria.

3. Si contradictoria sumatur in Syllogismis Particularibus cuiuscunq[ue] Figura, ambæ Premisse everti possunt; Si contraria; Nullas. T. 8. Et c. 9. T. 5. c. 10. T. 1

CAPUT. IX.

In Secunda Figura. Major non evertitur Contrariè utrovis modo conversio fiat; Minor autem contrario modo, Si conclusio convertatur contrariè. Contradictorio, si contradic-torio. T. 1.

Intellige in Syllogismis Universalibus Secun-dæ Figuræ.

CAPUT. X.

In Tertia Figura, cum Particulares sint, omnes ijsdem legibus subsunt, quibus particu-lares priorum Figurarum adstricti fuerunt, de quibus in prima Figura dictum est. cap. 8.

CAPUT. XI.

De Potestate ducendi ad Impossibile.

1. QUINTA: Ducere ad impossibile, quod nihil aliud est, quam Conver-sione probare, T. 1. Nisi quod hic. Sem

1. Semper contradictoria conclusionis sumatur. T. 2. 3.
2. Conclusio primi Syllogismi semper falsa sit, & posterioris vera.
3. Hic nulli extrinseci termini sunt assumendi, qui in priori Syllogismo non fuerunt.
4. Universalis affirmans Enunciatio in prima Figura, per impossibile non probatur, & liqua probantur. Intellige, ut Syllogismus dicens ad impossibile sit in primo.

CAPUT. XII. & XIII.

Similiter in Secunda & Tertia Figura, semper Contradictoria conclusionis est assumenda, alias Syllogismus quidem fiet, sed institutum non probabit. In Media Figura probatur quodammodo Affirmativa, in ultima Universalis. cap. 13. t. 8.

CAPUT. XIV.

1. Differt autem deductio ad Impossible, ab Ostensivo Syllogismo, quod hæc ponat id, quod vult evertere, deducens ad id, quod manifestè falsum est, Ille verò à concessis semper progreditur. T. 1.
2. Secundò: In Ostensivo, non necessaria notam

notam esse conclusionem, nec prius sumi eam esse, vel non esse, antequam concludatur: In Deductione verò ad Absurdum, necesse est prius sumi, eam non esse, quandoquidem sumitur contradictoria conclusionis probandæ.

3. Omne verò quod per Absurdum ostenditur, etiam Ostensivè ostendi potest, & vicissim in ijsdem Terminis, sed non in ijsdem Figuris. T. 3. 18. 19. & 20.

CAPUT. XV.

De Potestate Concludendi

ex Oppositis.

I. SEXTA: Concludere ex oppositis: hoc est: ex oppositè dictis colligere Conclusionem, quæ aliquid non esse id quod est, Concludat, quod major. contradictioni statui nequit,

2. Non potest autem talis Collectio fieri in prima Figura. Quia in ea Medium non dicitur de eodem, ut affirmatio & negatio ejusdem inferri possit. T. 3.

3. In Secunda autem fit Affirmativa & Negativa. T. 4.

4. In Tertia Solum Negativa. T. 10.

SECUNDUS TRACTATUS

De imbecillitatibus Syllogismorum.

CAPUT. XVI.

De Petitione quæstionis,

1. Impotentiæ Syllogismorum totidem sunt:

2. PRIMA: Syllogismus potest petere principium, quod generaliter est, non demonstrare propositum. t. i.

3. Quod fieri potest his modis: 1. Si omnino non concludatur. 2. Si concludatur, sed ex ignotioribus. 3. Vel & que ignotis. 4. Vel de nig. ex Posterioribus: t. 2.

4. Propriè petere quæstum est, id quod per se non est manifestum, nec ex se demonstrari potest, per se demonstrare conari. T. 2. § 5.

CAPUT. XVII.

1. SECUNDA: Syllogismus ducens ad Impossibile, potest colligere falsum ex eo quod causa falsitatis non est, hoc est. ex falsa conclusione inferre falsitatem illius præmissæ, quæ causa falsitatis non est. t. i.

2. Vocatur etiam hæc impotentia, Non causa Ut causa positio.

CAP.

CAPUT. XVIII.

TERTIA, Falsam rationem afferre, hoc est. Primum falsum ignorare, quo ignorato, falsa ratio afferetur, quamobrem Syllogismus aiquis falsum concludat.

CAPUT. XIX.

1. QUARTA, Κατασυλλογισμὸν adducere, hoc est. Ex duabus Propositionibus adversarij de eadem re concessis, tertiam elicere, quæ ejus theſin evertit.

2. Hunc autem impediet Respondens, si viderit, ne interrogatus, eundem terminum bis respondeat. Is enim Medius est futurus. Opponens autem ut hoc faciat, operam dabit.

CAPUT. XX.

1. QUINTA, ΕΛΕΓΧΕΙΝ. Est autem Elenchus Syllogismus contradictionis, quo aliquid eorum quæ posita sunt, Contrarium ostenditur Conclusioni.

2. Hic ergo fieri non potest, nisi ex prius positis & concessis, aliquid inferatur, contraria quod postea est statutum.

CAPUT. XXI.

1. SEXTA. Decipere in opinione. hoc est, perfectam Scientiam non gignere. Quia

Quia autem scimus aliquid, vel in genere vel in specie, vel actu vel potentia, Tot modis idem scire & ignorare dici possumus, vel Opinio Scientia esse contraria.

1. Quando in Genere aliquid scitur, quod in parte ignoratur.

2. Quando habitu aliquid scitur, sed actu ignoratur.

3. Quando in parte scitur actu, quod generaliter habitu ignoratur.

CAPUT. XXII.

Si Extrema convertuntur, necessum est Medium cum utroq; converti.

TERTIUS TRACTATUS De speciebus Syllogismorum imperfectis.

CAPUT. XXIII. De Inductione.

1. Inductio est Syllogismus Imperfectus, quo unum Extremum, de Medio, ostenditur per alterum. T. 2.

2. Inductio sit ex omnibus singularibus. T. 4.

3. Inductione probantur propositiones Immediatae & Prima, Syllogismo autem, qua Medium habent. T. 5.

Oppo-

4. Opponuntur autem quodammodo Inductio & Syllogismus, quod hic per Medium probat Extremum de Tertio: illa vero per Tertium probat Extremum de Medio. T. 6.

5. Syllogismus item à Natura notioribus, hac autem à Nobis notioribus procedit. T. 8.

CAPUT. XXIV. De Exemplo.

1. Exemplum est, cum Medio Extremum inesse ostenditur, per simile Tertio. T. 1.

2. Oportet autem ut Medium Tertio, & Primum simili inesse notum sit. T. 2.

3. Similis est ratio, si ex pluribus Similibus probetur, Medium inesse Extremo. T. 3.

4. Unde perspicuum est, in Exemplo à parte ad partem fieri processum. T. 4.

5. Differt vero ab Inductione, quod illa, ab omnibus Individuis colligit Conclusionem, hoc vero ab uno aut pluribus.

CAPUT. XXV. De Abductione.

1. Abductio est Syllogismus imperfectus, in quo Primum Medio inesse constat; Medium autem Extremo inesse, ignotum quidem, æque tamen.

Credibile, aut magis quam Conclusio,
T. I.

2. Praterea etiam, si pauca sint Media po-
stremi & Mediij. T. I. & 3.

CAPUT. XXVI

De Objectione seu Instantia.

1. Instantia est Propositio, proposi-
tioni Contraria. T. I.

2. Si itaq. Syllogismus sit Universalis Affir-
matus vel Negatus, in Prima Figura, Instantia
sit ex Particularibus Negatis vel Affirma-
tis in Tertia. Sin vero Propositio vel Thesis, sit
particulariter Conclusa in Tertia, Instantia sit
ex Universalibus &c. in Prima. &c.

CAPUT. XXVII. De En-
thymemate.

1. Enthymema est Syllogismus, ex
verisimilibus & signis. T. I.

2. ΕΙΧΟΣ seu verisimile, est Enunciatio pro-
babilis.

3. Signum est, quo existente signatum,
existit probabiliter vel Necessario. T. 2.

4. Deest autem in Enthymemate plerumq.
ex premissis altera.

5. Cavendum est ab Enthymematis Affi-
matis

matis in Secunda Figura, & Universalibus
in Tertia.

APPENDIX GEMINA.

PRIOR, De Syllogismo Composito.

1. Syllogismus Compositus est Syl-
logismus, propositionis saltem Compo-
sitæ, in quo Medium cum tota Qua-
stione in Majore disponitur, in Mino-
re solùm repetitur.

2. Hic Similiter reducitur ad simplices
mutatis Enunciationib. Compositis in simplices.

3. Syllogismus Compositus, est con-
nexus aut Disjunctus.

4. Connexus est, cuius Propositio
est connexa sive conditionalis.

5. Modi duo sunt quo ad Formā boni.

6. Reliqui etiam si interdum necessariò con-
cludant, hoc tamen magis ratione Materia,
quam ratione Formæ fieri statuendum est.

PRIMUS. { A Positione antecedētis, ad
positionem Consequētis.

SECUNDUS. { A destructione consequē-
tis, ad destructionem Ante-
cedentis.

Alij modi videantur in Caserio & Jacobo Martini.

9. *Disjunctus est Syllogismus, propositionis disjunctae.*

10. Mod. præcipui sunt etiam duo, ad quos reliqui modi reducuntur.

11. I. A Positione unius ad destructionem reliquorum.

12. II. A destructione reliquorum, ad positionem unius.

Exempla videantur in Ramo & alibi.

POSTERIOR

De Syllogismo Multiplici.

1. *Syllogismus Multiplex est, qui ex pluribus quam tribus terminis, & duabus Premissis constat.*

2. *Syllogismus multiplex est Sorites aut Dilemma.*

3. *Sorites est Syllogismus Multiplex, in quo prædicatum primæ propositionis, fit Subiectum in Secunda, & Secundæ subiectum in Tertia: donec tandem in Conclusione, Primum subiectum*

jectum cum postremo Prædicato coniungitur, Vnde.

4. *Collocatio terminorum in Premissis similis est Quarta Figura. Ut:*

Ex Crapula nativus caber obrutur;

Hoc obruto fit mala Concoctio;

Malam Concoctionem sequuntur morbi,

Brgo, Ex crapula proveniunt varij morbi.

5. *In Sorite debet esse necessaria terminorum Connexio, qualis est inter Genera & species, Effecta & proprias causas.*

6. *In Sorite vitium deprahenditur, si fiat resolutio in Simplices.*

7. *In tot autem Simplices resolvitur, quot sunt Media inter Extrema.*

8. *Dilemma est Syllogismus compositus multiplex, in quo concessso Antecedente, aliquot necessarij indè deducuntur; quibus per allatas rationes Sublati, tollitur etiam Antecedens.*

9. *Vel, In quo posito uno, plura colliguntur, quorum quodcumq[ue] Adversarius Concesserit ad inconveniens redigitur. Ut:*

Matthæi, 21,

Joh.

Johannis Baptisima, aut à DEO fuit, aut ab hominibus.

Si ex DEO. Cur illud non suscepistis.

Si ex hominibus dixeritis, hic populus vero Confutabitur.

LIBER SEXTUS DE DEMONSTRATIONE.

ANALYTICORUM POSTERIORUM LIBER PRIMUS.

Potiss. DE DEMONSTRATIONE.

CAPUT. I.

De definitione Neces-
tariorum &c.
I.

EA Logica præcepta hacten⁹ per-
secuti sumus, ad quæ veluti Regu-
lam & Normam humana mentis sua
operationes exigere debet: Nunc ordi-
nis ratio postulat ut reliqua subjun-
gamus, quæ Materiam ratiocinandi
non solum describunt, verum etiam
quomodo ejus copiam habeamus a-
perite indicant.

2. Omne igitur id de quo & ex quo
ratiocinari contingit, aut Necessarium
est aut Probabile aut deniq; Falsum,

LIBER I. DE DEMONSTR. III

3. Necessarium est quod certas & de-
finitas suæ existentiæ causas habet,
ideoq; idem sibi q; simile ubiq; & per-
petuo manet.

4. Hujus Scientia haberi potest, de
contingentibus tantum Opinio. Falsa
vero nisi talia esse cognoscantur, de-
ceptionem & ignorantiam patiunt.

5. Non autem ignorandum est omnem do-
ctrinam & disciplinam fieri ex antecedente co-
gnitione. T. I.

6. Dupliciter a. necessum est prænoscere, vñ
& quod Sit illud, cuius scientiam querimus, &
quid significet. de quibus plura postquam pau-
ca de Scientia ipsa dixerimus.

CAPUT. II. De defi- nitione Demonstrationis & Præcognitio.

1. Scientia est rei Necessariae per De-
monstrationem acquisita cognitio.

2. Demonstratio est Syllogismus sci-
entificus ex Veris, Necessarijs, Primis,
Immediatis, Notioribus, Prioribus &
causas conclusionis continentibus e-
nunciatis conflatus, T. s. 6. 7. 8. 9. 10. Et
top. lib. t. c. 1. t. 4. unde

3. Vnde scire nihil aliud est, quam causam cognoscere propter quam res est, ejus rei causam esse, nec posse eam aliter se habere.

4. Ex quibus due Scientia conditiones excent. 1. ut id quod segitur, sit Necessarium. 2. Ut cognitionis illa sit per Demonstrationem acquisita. Hoc est, causarum sufficientium nec non certa, sine omni hesitatione vel dubitatione. t.3.

5. Porro ad intelligendam definitionem Demonstrationis, sciendum, priora & notiora esse duobus modis, v.3 vel Natura vel Nobis, T.11.

6. Nobis notiora & priora sunt, quae viciniora sunt sensibus.

7. Simpliciter autem priora, quae sensibus sunt magis remota.

8. Sunt autem remotionia Universalia, propinquiora vero Singularia.

9. Quoniam vero ut primo Capite dicere cœpimus, omnis Scientia ex anticipata notione deducitur, quae vel Intellectui congenita, vel per sensus & experientiam hausta, vel per institutionem aut aliunde acquisita est, oportet nos antequam per Demonstrationem perfectiorem rei scientiam,

LIB. I. DE DEMONSTRATIONE 113
venemur, nonnulla præcognoscere, quæ Logicis PRÆCOGNITA dicuntur. v.3. Questionis partes & Principia.

10. Questio seu problema quod cognoscendum proponitur, duas habet partes, Subjectum quod Διδόμενον & πεποίησθαι δειλικον dicitur, & Affectio vel dubitationem, quæ Ζητούμενον atq; ιδοντας vocatur. Arist. c. 10. t. 5.

11. Principia vero Medium seu causam continent, cur Affectio subjecto insit.

12. Subjectum & Principia cognoscuntur quod sint, Affectio tantum quid significet.

13. Affectio debet Subjecto omni, soli, & quatenus ipsum inesse. Medium debet esse causa propria & adæquata cur Affectio Subjecto insit.

14. Principia sunt in unoquoq; genere, quæ quod vera sint, non contingit demonstrare, quæ nisi haberemus progressus fieret in infinitum. c. 10. t. 1. Top. c. 1. t. 6.

15. Hæc vel sunt pluribus Scientijs communis a vel cuiq; propria. Hac in Axiomata & Theses dispensuntur. cap. 10. t. 3.

16. Axiomata sunt quæ statim quisq; audiata probat. Quæ quemlibet discentem naturam habere oportet, sic dicta quod digna sint quibus sine ulla inquisitione fides habeatur. c. 2. t. 14.

17. Theses v. sunt principia quæ licet non demonstrantur, tamen non necessum est ea quemlibet discentem habere. c. 2. t. 14.

18. Ex his aliæ rursus sunt hypotheses aliæ definitiones. c. 2. t. 15.

19. Hypotheses sunt quæ esse aliquid aut non esse afferunt, quæ aut Postulara sunt, aut Assumptiones. c. 10. t. 7. 8. 9.

20. Definitiones sunt quæ explicant quæsires sit. c. 10. t. 9.

21. Hæc sunt principia & eorum divisiones. Oportet autem cum quæ per demonstrationem vult acquirere scientiam, de his certiorem esse quæde conclusione, & principijs imaginari credere quam conclusionibus, immo nihil aliud certius statuere quam principia. siquidem scientem labi & errare non oportet, c. 2. t. 16. & seq.

CAP. III.

CAPUT. III.

Quod detur aliqua Scientia, nec tamen omnia demonstrari possint.

1. Siquidem oportet etiam principia scire, quibusdam videtur nullam Scientiam possedari. Etenim cum per priora & causas semper scire oporteat, & hac vicissim per alia, eadem ratio videtur Principiorum, & sic fiet regressus in infinitum. t. 1. & 2.

2. Deinde alij existimant omnia demonstrari posse, unum vñ. per alterum & denig; hoc vicissim per illud in circulum. t. 3.

3. Sed Respondetur ad prius, non omnem Scientiam esse demonstrativam, hoc est ex pluribus per demonstrationem, sed aliquam etiam esse primorum & principiorum. T. 4. de quibus ult. l. 2. hujus tractatus.

4. Posterius v. negatur. Siquidem Demonstratio semper fit per priora & notiora. nihil a, potest altero notius & ignotius eodem modo esse. t. 5. CAPUT. IV.

De conditionibus Propositionis
Necessariis.

Quia dictum est Demonstrationem, constare ex enunciatis necessariis dicendum.

dum quoq; est quæ sint conditiones propositionis Necessariæ.

Sunt autem hæ tres, quas alij gradus necessitatis vocant. T. 2.

I. Καὶ ὡντός, id est, de omni. Quæ conditio requirit ut prædicatum omni subiecto & semper insit, unde efficitur Enunciatio universaliter vera. hoc est semper & ubiq; vera.

II. Καὶ ἀυτὸν, id est, per se. quod denotat essentialēm nūxum Subiecti & Prædicati, ita ut prædicatum recipia & essentialiter insit Subiecto. Καὶ ἀυτὸν enim dūuntur ὅτι ὑπάρχειν τῷ οὐτόν.

Modi Per se quatuor sunt.

1. Quando prædicatum est de essentia & definitione Subiecti. hoc modo prædicantur de Specie Genera & Differentia tam remota quam propinqua, itemq; Definitio de Definito. Zab. I. I. c. 6. de Propo. Neces. Cas. t. 7. c. 8. Flac. p. 734.

2. Quando subjectum est de essentia Prædicati. hoc modo de Subiecto prædicatur Proprium, itemq; de subiecti definitione & differentia specifica.

3. Quando EST Secundi adjecti dicitur de substantia quacunq; sive universali sive singulari.

4. Quan-

4. Quando causa ad eequata efficiens vel finis de Effecto prædicatur, aut hic de illa. Ad quem tamen quidam referunt, quando unum, est altero latius.

In omnibus hisce modis, est respectus causæ de Effecti, in primo, Materiæ & Formæ ad compositum, in secundo, formæ ad propriam affectionem, que ejus est Effectus emanans. In Tertio, quia substantia est causa interna sue Existentiæ nec externam habet. In Quarto, Efficientis & Finis ad Effectum. Duo posteriores modi non faciunt propositiones Necessariæ.

III. Καὶ ὄλες τῶν, id est, Universali-ter Primum, sive quatenus ipsum. Quod denotat Prædicatum subiecto non per aliud, sed per se primō & immediate inesse, ita ut reliquis quibus inest omnibus, propter hoc subjectum inesse dicatur. Unde etiam conver-tiliter seu reciproce de eo dicitur.

Dupliciter autem prīmō, aliquid inesse videtur, vel ratione causæ, v3 quia nullam habet medium, causam per quam inesse demonstrari potest, vel ratione subiecti, quia priori non inest, ut homo est rationalis ratione causæ, risibilis ratione subiecti. Fla. 1. 3. Apod. p. 742.

Harum conditionum hæc est natu-
ra, ut postrema priores, & Secunda pri-
mam præsupponat, non contra.

CAPUT. V.

De Subjecto ad quando.

1. Porro, quia dictum est cap. II. t. 13, Affectionem Omni & Soli subjecto inesse debere, hoc est, et qualem esse, et que late patere, sive quod idem est, cum subjecto reciprocari; docendum etiam est, quomodo data Affectione Subjectum ei ad quando sit, hoc est, quomodo Subjectum Primum & Reciprocum ei inveniendum.

2. PRIMO itaq; summendum est subjectum commune, idq; dividatur in suas species, & obseretur cui speciei Affectio tribuitur: cui non: ea porro cui tribuitur subdividenda, donec deveniatur ad speciem, cui omnis Affectio competit, hæc pro subjecto Universali habenda. I. 2. c. 14.

3. SECUNDO, si Passio pluribus subjectis insit, videndum quo posito ponatur, quo remoto removeatur, illud pro subjecto primo habendum, c. 5. t. 7.

4. Quæ v. difficultatem in subjecto n. d. o. w. inveniendo pariunt, hæc potissimum sunt.

Quo

LIBER I. DE DEMONSTR. 119

1. Quod Singulare quibus Affectio inest non habent aliquod Genius univocum, quod sumere licet, verbi gratia Sanitas.

2. Quod etiamsi illud habeant, tamen nomine caret, in rebus specie differentibus. v. g. posse naturæ.

3. Quod cum Omni insit, Soli etiam inesse putatur. ut vita animalibus solum.

CAPUT. VI.

Quod Demonstratio sit ex pramissis necessarijs.

Dictum est Demonstrationem esse eorum, qua necessarij & per se insunt, itaq; etiam præmissas necessarias & per se esse debere. hoc porro patet. t. 1.

1. Quia qua sciuntur non debent aliter se posse habere, Cujusmodi sola sunt necessaria & qua per se coherent.

2. Quia conclusio debet esse necessaria, quæ ex contingentibus non potest inferri.

3. Quia alias Demonstratio non distabit à communi Syllogismo, qui etiam ex veris constat, licet non semper necessariis. Plures rationes vide in textu. T. 3.

Accidentia a. & eorum quæ per se non insunt, nulla est Scientia vel Demonstratio. Nam cum Accidens possit etiam Non inesse, inesse certo concludi nequit. t. 10.

N 4

Per

Per se itaq; oportet & Medium Tertio & Primum Medio inesse, t. 14.

CAPU. VII.

Quod Principia Demonstrationis
sunt ex eadem Scientia qua.
Conclusio.

Oportet etiam principia Demonstrationis esse propria, hoc est illius Scientiæ cuius est conclusio. Vnde Non licet μεταβαλλειν eis ἀλλο γένος. T. 1.

Tria namq; in omni Demonstratione sunt. Affectio qua demonstratur, Medium quo demonstratur, & Subjectum de quo demonstratur. Quae ut necessario coherent: ita in una Scientia explicantur. Ex quibus cum axiomata seu premisse aequa ac conclusio constent, patet ex eadem Scientia esse sumienda. t. 2. & c. 10. t. 5.

Potest tamen μεταβασι fieri, hoc est principia ex una Scientia in alteram transferri, quando Scientiæ sunt subalternæ. ut Mechanica, Stereometria, optica, Geometria, Astrologia, Astronomia, Harmonica, Arithmetica. T. 5. & cap. 13. T. 13.

CAPU. VIII.

Demonst. & Definitio sunt re-

rum subalternarum.

Quia, ut Cap. 6, probatum est, pra-

missæ in omni Demonstratione sint

necessariæ, liquet ipsam quoq; Demonstrationem esse rerum necessariarum & æternarum, corruptibilia vero nec sciri nec demonstrari posse. T. 1.

Eadem est ratio Definitionum, quia Definitio, vel est principium Demonstrationis, vel Demonstratio situ terminorum tantum differens, vel deniq; Demonstrationis conclusio. T. 2.

CAPU. IX.

Qualia principia demonstrationis
sunt, & unde petita.

Quia debent, ut cap. 7, dictum est, principia esse propria.

Si contingat aliquando ex communibus probare, ea probatio non pariet Scientiam, nisi per accidens, nec Demonstratio dici meretur. T. 2.

Nisi, ut ibidem diximus, Scientia fuerint subalternæ. In his autem qua superior lo dôla, que inferior lo ôl tantum demonstrat.

Perfectius autem sciit qui ex primis principijs lo dôla, quam, qui ex intermediis, vel tantum lo ôl cognoscit.

Principia quoq; cuiusq; sint indemonstrabili, quia erunt omnium principia.

CAPUT. X.

De præcognitis & principiorum Definitione ac Divisione.

Quoniam cap. 2. de Præcognitis & præcipue principiorum definitionibus & divisionibus, actum est, eadem hic repetere nil attinet. tandem notandum quod Arist. t. 6. inquit, non semper subjectum supponi quod sit & Affatio quid nomen significet, cum per se nimium plana interdum sint.

CAPUT. XI.

De quibusdam principiis in Specie.

1. Ut Demonstratio aliqua sit, oportet aliquid universale esse, non quidem præter multa, sed in multis. Siquidem Medium universale erit. t. 1.

2. Principium hoc: De nullo veram esse affirmationem & Negationem, nulla demonstratio sumit, nisi oporteat etiam Conclusionem sic probare. t. 2.

3. Principium autem alterum: De quovis si veram esse Affirmationem aut Negationem: Sumit ea quæ ducit ad impossibile. t. 3.

4. Atq; hac quando sununtur, non semper ita

DE DEMONSTR. LIB. I. 123
universaliter sumuntur, sed ad præsens subiectum limitantur. t. 4.

5. Communicant autem inter se omnes Scientiæ secundum communia ejusmodi principia, per quæ sc. fit Demonstratio, non autem secundum ea de quibus vel quæ demonstrantur, hoc est, Subiectum & Affectiones. t. 5.

6. Præcipue Dialectica, quæ omnibus est communis, & Metaphysica quæ omnium principia probat. t. 6. & 7.

CAPUT. XII.

Non interrogandum aut respondendum de alienis principijs.

1. In omni Scientia Questiones illi propriae possunt insitui, nempe de propositionibus, quæ in ea Scientia vel demonstrantur, vel ex quibus demonstrat, deg; illis disputari potest, de his non item. t. 1. & 12.

2. Si quis autem de aliis rebus aut propositionibus, quæ intra fines illius Scientiæ non continentur interrogaverit, ad ea Sciens non tenetur respondere. Unde si quis ex Scientia cuiusq; proprijs principijs disputarit, cum eo qui aliquid illius Scientiæ defendendum suscipit, recte disputat, Secus non. t. 4.

De Speciebus Demonstrationis
& de Regressu.

1. Species Demonstrationis duas sunt,
Todis & nō, sive à Causa vel à Signo.

2. Demonstratio à causa, quæ kugia,
awodejus &c. Demonstratio potissima
dicitur, est cui conditiones traditæ ex
asse competunt.

3. Demonstratio à signo iterum du-
plex est.

1. Qua à causa remota ostendit ef-
fectum.

2. Qua ab effectu ostendit causam
propinquam.

4. Hinc apparet Demonstrationis
nomen, non omnibus ex æquo com-
petere, nec in omnibus dictas condi-
tiones stricte servari, sed alias alijs præ-
stantiores & perfectiores esse.

5. Unde quædam Demonstrationes
ex principijs immediate, quædam ex
theorematijs prius demonstratis ex-

truantur, quod præcipue quoad as-
sumptionem fieri consuevit, cujus
partes alijs iterum Syllogismis pro-
bantur, qui Epagogici dicuntur, eo
quod totum per partes inductione
quadam stabiliunt atq; confirmant.

6. Non enim existimandum est, quod De-
monstratio semper tribus verbis absolvatur, sed
quandoq; ex pluribus Syllogismis consulta est
& confarcinata, cujus totus complexus nobis
Demonstrationis nomine venit, & composi-
ta dicitur.

7. Differunt a. inter se Demonstratio
nō dion & nō PRIMO in eadem Scientia
idq; bifariam. c. i.

1. Quod illa ex prima & immedia-
ta causa demonstrat, hæc ex alijs quæ
cum demonstrato reciprocantur.

2. Quod in illa, Medium nunquam
est extrinsecum & latius, hic autem
est. Ideoq; tantum Quod sit demon-
strat. Ut quod paries non respiret, quia non est
animal. Et enim si hoc esset causa non respirandi,
oportet animal esse causam respirandi. Si en-
nihil negatio est causa negationis, Af-
firmatio erit causa cur sit. Exemplum in
textu

8. Fit autem Demonstratio ejusmodi, à causa remota in Secunda Figura, T. 9.

9. DE INDE In diversis Scientijs, ijsq; vel subalternis, vel heterogeneis. T. 13.

10. In subalternis, superior Scientia demonstrat ex causa cur sit. Inferior, quod sit. ut cap. 9. diximus. Superior sepe ignorat Quod sit in specie, dum Vniversalia contemplatur, quia non animadvertisit. t. 15.

Sic scire Quod sit, de Iride Physices est, Optica vero cur sit. T. 16.

11. In heterogeneis similiter, ut Medicus demonstrat quod vulnera rotunda difficulter curantur. Geometria cur hoc sit. T. 7.

12. Demonstrationi ab effecto accedit REGRESSUS, quo postquam causam ignorantiam ab effectu confusè noto demonstravimus, Majorem propositionem convertimus & Effectum vicissim per causam, assumpta conclusione Minorem demonstramus, ut distet cognoscatur. T. 3. 4. 5. Flac. 1, 4. Apod. cap. 6.

13. Effectus enim ante causam cognoscitur quidem quod sit, sed non cur sit.

14. Hoc autem tantum fit quando Medium reciprocatur, alias tantum. Quod sit ostenditur. T. 6.

15. Norandum vero quod Zaba, cap. 5. de Regressu monet, quod vñ inventa per Effectum causa, non possumus mox ab ea ad Effectum regredi, quia per confusam Effecti cognitionem, talem quoq; Causæ cognitionem adepti sumus, Sed prius adhibenda est Mensis quadam negotiatio, sive mentale causæ examen, ut in ejus Distinctam cognitionem deviamus, sic demum fiat Regressus.

CAPUT. XIV.

In qua Figura potis. Demonstra-
tiones fiant.

Prima autem Figura Demonstratio-
ni 78 dñi, & Scientiæ acquirendæ est
aptissima. T. 1.

1. Quia in hac omnes Scientie plerasq; suas Demonstrationes formant. T. 2.

2. Quia per hanc Definitiones inquiruntur, quod in Secunda & Tertia fieri nequit, siquidem Negative & Particulariter tantum concludunt. Omnis autem Definitio Vniversalis Affirmata. T. 4.

Deniq; quia hac Figura reliquarum ope non indiget ad sui probationem, illa vero hac maxi-
mæ. T. 5.

De propositionibus immedia-
tis Negantibus.

1. Propositiones Immediatae sunt, in quibus Prædicatum ius*ubjecto* ~~ā~~^ā *negatur*, hoc est individue absq; ullo medio inest vel non inest, ita ut non per aliud aliquod insit vel non insit. T. 1. & 2.

2. Non inesse autem contingit quadrupliciter.

1. cum prædicatum subest alicui, quod de illo essentialiter prædicatur, subjectum vero non, ut Quantitas non est animal. T. 3. 4. 5. 6.

2. Cum viceversa subiectum alicui tali subest, prædicatum non, ut animal non est quantitas.

3. Quando utrumq; alicui subest, sive eiden, ut animal non est lapis. Sive diverso, ut animal non est superficies.

4. Cum neutrum sub aliquo Genere est. Viz substantia non est quantitas.

3. Priora tria genera mediate non inest, ostenduntur non inesse, sumpto Genere quod u- ni inest, alteri non.

4. Postremū genus immediate non inest, ita nullum Medium habet quo non inesse demon- strari potest. T. 8.

De Ignorantia secundum pravam
dispositionem.

1. Scientia opposita est Ignorantia, quæ duplex est, vñ Secundum Negationem, vel Secundum pravam Dispositionem.

2. Hæc est deceptio per Logismum facta. T. 1.

3. Hec eadem in propositionibus immediatis dupliciter contingit, vñ vel Simpliciter vel per Syllogismum. T. 2.

4. Simplicis opinionis simplex est deceptio, qua vero per Syllogismum Multiplex. T. 3.

5. Fieri enim potest ut amba premisse sint fal- se, fieri potest ut una riantur, que omnia ab Aris, hoc cap. probantur.

Deceptio in propositionibus
Mediatis.

1. In Mediatis autem, cum per Proprium Medi- um sit Syllogismus falsi, tantum Major potest esse falsa. T. 1.

2. Proprium Medium appello, per quod sit Syl- logismus contradictionis. T. 2.

3. Idem sit, si Medium sit quasi proprium. T. 4.

4. Quod si per Medium Non proprium fiat, necesse est ambas esse falsas. T.5.

5. Si Medium non est sub Primo, quod una tantum falsa erit. T.6.

6. Quando autem in Secunda Figura fit deceptio, fieri nequit ut amba sint tota falsa. T.7.

CAPUT. XVIII.

De Ignorantia Secundum,

Negationem.

1. Ignorantia Secundum Negationem, est Scientiae alicujus rei ab soluta carentia, qualis est in Pueris, Rusticis, itemq; illis qui aliquo sensu carent.

2. Si n. Sensus desit, necessum est aliquam Scientiam deesse. Siquidem omnia scimus vel per Inductionem vel per Syllogismum. Inductio est ex particularibus, qua sine sensu non percipiuntur. T.1.

3. Demonstratio est universalium, qua per inductionem collecta sunt, & extra illa considerari nequeunt.

CAPUT. XIX.

Principia Demonstratio-
rum

sunt finita.

1. Principia Demonstrationum sunt, Subje-
ctum

etum, Praedicatum & Medium, que invicem per se coherent, non ex accidenti. T.1.

2. Quaritur itaq; Primo: An, dato Subjecto quod alteri per se inferiori non tribuatur, huic vero aliud Superius primo insit; attributa eius ascendo infinita sint? T.6.

3. Deinde, dato Attributo, cui aliud Superius per se non attribuatur, hoc vero alteri per se insit, an descendendo infinita Subjecta reperiantur? T.7.

4. Deniq; terminatis Extremis, datog; Medio cur Attributum Subjecto insit, an vicissim aliud Medium detur quo hoc alterutri, s3, Subjecto vel Attributo competit, & sic Media infinita? T.9.

5. Hoc autem nihil aliud est querere, quam An Demonstrationes in infinitum progrediantur, & An omnium sit Demonstratio?

CAPUT. XX.

Quod Media non sint infinita.

Media infinita esse non possunt, quia tunc ab uno Extremo terminato, ad alterum non posset perveniri.

Siquidem & egressus ab uno Extremo, & regressus ad alterum infinitus, que percurri ne-

queunt. At absurdum est ab uno Extremoterminato ad alterum non posse pervenire.

CAPUT. XXI.

Quod Extrema non sint infinita.

Nec Extrema infinita esse possunt, sed necesse est dari quoddam supremum & quoddam ultimum, in quibus est consistendum. Quod probatur in textu, per omnes Figuras, Primam, Secundam, Tertiam. Primo in Negationibus.

CAPUT. XXII.

Deinde in Affirmationibus patet his rationibus.

1. Quia Pradicata in Quid sunt finita, alias sciri non posset quid res sit, seu nulla daretur Definitio. T.2. & 10.

2. Quia predicata in Quale naturaliter predicantia sunt finita. 1. Quia predicamenta sunt finita. 2. Quia Substantiae qua in Quid predicantur sunt finite, de quibus predicantur qua in Quale predicantur. T.6.7. & Seq.

3. Quia infinitarum rerum nulla est Demonstratio vel Scientia, nisi ea conditione. T.18. & Seq.

4. Quia que per se predicantur sunt finita.

Hoc

Hic autem sola in Demonstratione sumuntur, alias nulla Definitio daretur. T.23. & seq.

Pradicatio in Naturalem & Praternaturam distinguitur. T.3. & 4.

CAPUT. XXIII.

Quomodo propositio Mediata in
immediatis resolvatur.

1. Siquidem Demonstratio ex Immediatis constabit. sciendum quomodo Propositio Mediata in Immediatam resolvatur.

Primo Affirmativa, deinde Negativa.

2. Si Affirmativa sit sumatur Medium cum utroq; extremo essentialiter connexum & semper ita procedatur, interponendo omnia Media, que interponi possunt, donec totum spacium inter Subjectum & Pradicatum sit completum, tunc inventa sunt omnes intermedia propositiones, & facta est resolutio in elementa. ut homo est Substantia. interponatur Animal, corpus &c. In Negatis fere ad eundem modum proceditur, sed videatur ne quod Medium cadat extra, tum ut sumuntur qua revera Media sunt, hoc est cause cur Pradicatum à Subjecto removetur. ut cur homo non sit immobilis. Non animal. Non corpus vivens, sed corpus prima causa est.

Itaque Immediata erit: corpus non est Immobile.

CAPUT. XXIV.

Est autem Demonstratio Universalis præstantior Particulari.

CAPUT. XXV.

Et Affirmativa quam Negativa.

CAPUT. XXVI.

Et deniq; Oſtentativa, qua ducit ad incommodeum.

CAPUT. XXVII.

Ad eundem modum Scientia, qua ex Demonstratione oritur, una est præstantior altera. nempe t̄s dōli, ea quæ solum t̄s dōli novit, ne non illa quæ est de abstractis à Materia, præstat illis quæ de Materialibus sunt.

CAPUT. XXVIII.

Una Scientia est corum quæ ex ijsdem Principijs componuntur, & partes sunt aut Affectiones per se.

Diversæ autem, quorum Principia nec ex ijsdem, nec à se invicem.

CAPUT. XXIX.

Ad hæc sciendum: quod unius Conclusio-

nis plures possint esse Demonstrationes, sed una tantum principialis, & t̄s dōli.

CAPUT. XXX.

De rebus autem fortuitis, ut sapienter di-
ctum, neq; Scientia negat Demonstratio haberi
potest.

CAPUT. XXXI.

Ulterius, quod per sensum non habeamus
Scientiam Demonstrativam inde patet. Quia
Demonstratio est Universalium, ad quæ sen-
sus non pertingit. Deinde, quia eorum quæ
sensu cognoscimus, ulterius causam queri-
mus, Cur sic habeant, quod est Demonstratio-
nem querere.

CAPUT. XXXII.

1. Deniq; non ignorandum quod eadem omni-
um Scientiarum & Demonstrationum princi-
pia esse nequeant, sive communia sive propria.
Alia namq; falsa sunt, alia vera & utraq; non
raro inter se diversa. T. 1. & 2.

2. Tum quia Principia non multo pauciora
sunt conclusionibus, quæ diversæ sunt. T. 5.

3. Adde, si hoc concederetur, quodvis ex quo-
vis demonstrari posset. T. 10.

CAPUT. XXXIII.

Opinio à Scientia differt, primo, quod circa ea versetur, qua aliter atq; aliter se habere possunt. T.1.

Deinde, quia est inconstans & dubia, quorum neutrum Scientia convenit. T.2.

Vnde Idem de eodem simul Scientiam & Opinionem habere nequit. T.7.

CAPUT. XXXIV.

Sagacitas est Solertia quadam, brevissimo tempore inveniendi Media.

ANALYTICOR. POSTERIORUM

LIBER SECUNDUS.

in quo potiss. agitur.

DE DEFINITIONE.

CAPUT. I.

De questionibus Scientificis.

Quot ea sunt quæ scimus, tot sunt etiam Questiones scientificæ.

Seimus autem, vel Quod sit res, & Cur sit. Præterea An sit, & Quid sit, quotidq; Questiones erunt, quarum

LIBER II. DE DEFINIT. 137
dux priores Conjunctæ, Postiores vero Simplices appellantur. T.1.

CAPUT II.

Quod omnis Questio sit
de Medio.

Omnis autem Questio est de Medio,
quod patet. T.1.

1. Inductione Singularum.
2. Quia omnis Questio Scientifica est de causa, Aut enim An sit aliqua causa? aut quae sit illa queritur. Causa autem Medium est. t.2.
3. Quia cum Quid est, tum Cur est, Causam querunt, quae est Medium. T.3.
4. Quia causa & Medio saltem sensu cognito, desinimus quererere. T.4.

CAPUT. III.

Quod Definitio & Demonstratio
non sint idem.

Ut tandem etiam ad Definitionem
deveniamus, sciendum.

PRIMO, quod Definitio aliud quid fit à Demonstratione, nec circa idem versentur. T.2.

1. Quia Definitione scimus Quid res. Omnis autem ejusmodi oratio Universalis Affirmans.

At quadam Demonstrationes sunt Negatae,
quedam Particulares. T.3.

2. Quia si idem essent, habita Definitione,
possemus scire rem demonstrabilem absq; De-
monstratione, quod absurdum. T.5. & 9.

3. Quia Definitione essentia, Demonstra-
tione accidentia explicantur. T.7.

4. Quia Definitiones quedam sunt princi-
pia Demonstrationum, qua demonstrari neque-
unt. T.10.

5. Definitio explicat Quid res, Demonstra-
tio Quid res sit, supponit. T.12.

6. Definitione non probatur aliquid alti-
ri inesse vel non, quod sit Demonstratione. t.13.

7. Definitio Quid, Demonstratio Quid si
declarat. T.14.

CAPUT. IV.

Quod Definitio non possit demon-
strari Syllogismo.

SECUNDO, quod Definitio non possit
demonstrari Syllogismo. Quia omni
Syllogismus constat Medio. Quidditas aitem-
immediate inest, que si in premissis sumatur, de-
titur principium.

Cap. 5.

CAPUT. V.

Neq; Divisione.

1. Nec Divisione, 1. Quia Divisio petit
principium. T.1.

2. Quia etiamsi non peteret, tamen non
probat attributum esse quidditativum, potest
enim esse accidentale. T.2.

3. Quia in Divisione aliquid deficere vel
redundare potest.

Aliquid tamen facit ad Definitionis inqui-
sitionem, licet Syllogistice non probet.

CAPUT. VI.

Neq; Definitione defini-
tionis &c.

Nec Definitione Definitionis, aut
definitione contrarij. T.2. & 4.

1. Quia utroq; modo petitur principium.

2. Deinde, videmus quod definitione Sylo-
gismi, bonitatem alicujus Syllogismi ostendere
non possumus, cum tamen par utrobiq; ratio
sit. T.3.

CAPUT. VII.

Neq; ullo alio modo.

Neq; ullo modo quocunq; alio de-
monstrari potest.

Quia

1. Quia nec Syllogismo, nec Inductione, nec Sensu potest. T. I.

2. Quia non potest una aliqua ratione ostendere Quod sit & Quid sit. cum hoc illud presupponat. T. 2.

3. Quia Demonstratione omnia probantur esse; Essentia autem aliud quid est quam *Ess.*

CAPUT. VIII.

Quod definitio Topicē probari possit.

TERTIO. Quod tamen Topicē probari possit. T. 3.

1. Per aliam Definitionem ejusdem regimis notam.

2. Ex Demonstratione rē dicta, quod sepe rōtiā declarat. ut in Accidentibus.

CAPUT. IX.

Quod Definitionum diversa sit ratio.

Vi autem res, aliae causam habent externam & sua essentia diversam. ut Accidentia, aliae non, ut Substantia: sic Quidditas, aliae dependet ab aliqua externa causa adequata, aliae non.

Cum autem Quidditas à Definitione explicetur

DE DEFINITIONE. LIB. II. 141

cetur, patet harum alias causam externam adducere, alias neq; aquam.

Hinc fit quod h̄a immēdiata sint & levatores, illa verò licet non demonstrari, tamen Demonstrationē declarari possint.

CAPUT. X.

Quid Definitio & quotplex.

1. Opus est in λόγῳ. ἡ δὲ οὐσία, id est, Definitionē est Oratio, explicans quid res sit. T. 1. Top. cap. 4. t. 2.

2. Definitio duplex est, Nominis vel Rei.

3. Nominis definitio, est quæ Etymologiam vocabuli explicat. T. 1.

4. Rei definitio, quæ propter præcipue generum est.

5. Essentialis, quæ ex internis causis essentiam rei constituentibus constat.

6. Hæc duplex est, Substantiarum vel Accidentium.

Substantiarum essentialis definitio, constat Genere & Forma.

*Accidentium, Genere & Subiecto,
& hoc solet esse conclusio Demonstrationis.*

*7. Partialis, quæ ex enumeratione
partium.*

*8. Causalis, quæ ex causis externis
efficientibus vel fine.*

Hæc solet esse principium Demonstrationis. t. 6.
Quod si accidentis sit, & essentiale quod; con-
nectat, tantum situ terminorum à Demonstratione
differt. T. 4.

*9. Accidentalis, (quam Rhetoricam
appellant) quæ ex accidentibus est col-
lecta.*

*10. His addi possunt. 1. Kalē λέξιν, quando
unum Synonimum per aliud explicatur. ut con-
ticeſſere est tacere. cæſar. T. 8. c. 4.*

*2. Kalē Διάφοραν, quando aliquid per Di-
frentiam ad aliud explicatur.*

3. Kalē μελέφοραν, ut Herodes est vulpes.

*4. Kalē ἀφαιρεόντες εὐαλλίς, ut Sapientia pri-
ma est Stultitia carere.*

5. Kalē οὐαδίνων.

6. Οἰς τύπος. Animal est ut homo, equus &c.

*7. Kalē ἔνδειαν τὸ ληγῆς εἰς τὸ ὄμορφες. ut
Quadrans est qui deest Dodrans.*

*8. Kalē ταῦταν. ut Cic. per Cluent. Lex est
mens & animus & consilium & Disciplina ci-
vitatis.*

*9. Kalē ἀναλογίαν. ut homo est Minor mun-
dus.*

*10. Kalē τὸ πέδον. ut Dominus est qui habet
seruum.*

11. Porro, quia omnia non eodem
modo definiuntur, sciendum quomo-
do singulorum generum res sint de-
finiendæ, quod quam optime doceri
potest, si ordinem Categoriarum se-
quamur.

12. Ex his autem una est Substantia-
rum, reliquæ Accidentium.

13. Substantiarum perfecta defini-
tio est Essentialis, eaq; Genere & dif-
ferentia constat, Genus materiam, Dif-
ferentia formam exprimere debet, si haberi pos-
sit. sin minus, Forma locum supplet coacer-
vatio propriorum.

14. At Accidentium Essentialis de-
finitio nequaquam perfecta est, nisi
quod; externæ causæ fiat mentio,
Effici-

Efficientis v3, vel Finis, ut etiam Causalis evadat.

In his autem Genus formam, Differentia, vero materiam (qualem tantum habent) circa Quam, seu Subjectum exprimere debet, unicum Efficiente Causa vel Finali, aut utraq.

Notandum tamen quod interdum Subjectum non exprimatur, eo quod in Genere continetur, quadam etiam fine pricipuo carent.

Sed quia accidentia sunt varia, nec omnium eadem sit ratio, de singulis videamus.

15. Quantitates scilicet à Posse definiuntur. hoc est, Quia citra Subjectum si Materiam considerantur, absq; ejus mentione non secus ac Substantia, per Genus & Formam sunt definitio[n]e. *Flac. I. 4. Dial. c. 5.*

Excipe que Numerum numeratum significant, ut Grex, Concio, Legio.

16. Qualitates plerique scilicet modum (id est, per additamentum) Subjecti definiuntur.

Alio ita, ut expressam Subjecti mentem necessario faciant, que nimirum proprium & adiquatum subjectum habent, alio ita, ut sub Genere subjecti implicite contineat. *F. p. 105.*

LIB. II. DE DEFINITIONE. 145
De Prima & Secunda specie Qualitatis, v3 Habitum & Potentia tenendnm, quod quia non solum Subjecto proprio insunt, sed etiam ad objectum referuntur, utriusc[em] mentione definiantur.

Tertia species Qualitatis, v3 Passiones & Possibilis qualitates, per proximas & immedias causas vel Affectiones.

Quarta species v3, Figure, cum Quantitatibus definitionis legem communem habent cuiusmodi sunt in Geometria.

17. Relata necessario per sua correlata definiuntur. 6. Top. c. 12. T. 3. 4. 5.

Genus Relati quoties haberi potest, etiam relatum est sumendum. 4. Top. c. 1. T. 5. & 6.

Alias subjectum proprium si praesto fuerit, id est fundamentum, nisi per se intelligi possit, vicem Generis sustinabit. Et hoc quidem quando relata in Concreto definiuntur. *Top. c. 9. T. 2.*

In Abstracto autem, relationes non nisi per Genus relatum sunt definitae.

Reliqua prædicamenta, quia relata

ut cuncti sunt, etiam Relati mentione definiuntur.

18. Actiones & Passiones. (*præsertim humanae*) quia variant Circumstantijs, ex circumstantijs quoque describuntur. Flac. p. 1059.

19. Ubi & Quando, quia loci & temporis denominativa sunt, ut hæc, materialis tantum casibus definiuntur.

20. Situm esse, mentione Subjecti.

21. Habere, cum ejus quod habetum ejus quod habetur commemoratione describunto.

22. Motus & mutationes, ex terminis, præsertim termino ad quem.

23. Partes per totum plerumque; & hoc quandoque; per illas necessario est definiendum. Flac. p. 1075.

24. Contrariorum definitiones sunt Contrariae. Flac. p. 1084. T. 6. c. 9. T. 3.

Aut enim contraria habent Genera & eadem Differentias, aut hæc contrarias sub eodem Genere.

25. Contraria Mediata quandoque; participatione, quandoque; negatione utri-

usque; Extremi definiri debent. F. p. 1085

26. Privationes per habitus negationem recte definitus, non contra habitus per Privationes. Gocl. li. i. prob. 69. 6. top. c. 9. t. 5. & 8.

CAPUT. XI.

Per quæ genera Causarum De-
monstretur.

1. Cum autem tum demum nos scire arbitramur, quando causam cognoscimus, causæ autem quatuor sunt, Materia, Forma, Efficientis & Finis, contingit per unamquamque; harum demonstrare.

2. Materiæ exemplum. *Angulus in Semicirculo est rectus, quia constat ex duobus qui sunt dimidijs duorum rectorum.* T. 2.

2. Formæ. T. 3.

3. Efficientis exemplum. T. 4.

4. Finis exemplum. T. 5.

5. Hic Nota, quod Necessitas duplex sit. Naturalis & Violenta. ut Lapis deorsum fertur necessitate naturali, sursum violenta. T. 10.

CAPU. XII.

De Demonstratione

Circulari

K 2

Cau-

1. Causarum aliæ simul cum Effectu sunt, nempe præteriorum præteritæ, præsentium præsentes, futurarum futuræ. T. I. & 2.

2. Aliæ antecedunt vel sequuntur Effectum. T. 3.

3. In hoc posteriori genere, ab ijs quæ sequuntur, possumus demonstrare ea quæ necessario antecedunt. Dicimus adiuncta est, ergo fundamenta jacta, non contra. Fundamenta jacta, ergo. T. 5. & II.

4. Medium semper simul debet esse genitum cum eo cuius est Medium, adeo ut factum sit factum futurorum futurum &c. Atque quod factum est, & quod futurum est, simul genita esse nequunt. T. 6.

5. Observandum hic est, quemadmodum generationes in circulum quandoq; fiunt. in humectata terra si calefiat a sole, necessum est exhalationes exsurgere, elevatis exhalationibus, ex frigore media regionis aeris, necessum est nubes generari, ex nubibus resolutis fit pluia, hac humectat terram, que a sole calfacta, uicissim in exhalationes resolvitur: Sic etiam quadam Circulo demonstrantur quod sit cum Termini & Mediū se mutuo consequuntur. t. 13.

LIBER II. DE DEFINIT. 149
6. Fit autem Circularis Demonstratio, hoc modo:

Data aliqua Demonstratione, assumimus ejus Conclusionem ut Majorem, eiq; adjecta Minore, concludimus Majorem data Demonstrationis. Deinde assumimus Minorem ut Majorem eiq; apposita Majore conversa, concludimus Minorem ejusdem data Demonstrationis. Tat. I. Post. p. 89. d.

7. In hoc autem Circulo non possunt & Convertens & conversa esse à causa, nisi circulus fiat vitiosus. Ab Effectu ad causam & contra autem regredi licet, ut cap. 13. l. i. de Regressu dictum est.

CAPUT. XIII. & XIV.

De legibus Definitionis & Methodo eam investigandi.

1. Hisce de Demonstratione q. interpositis, conveniens est ut ad Definitionem revertamini, & quæ de illa dicenda restant absolvamus. Illa autem potiss. duo sunt. v3.

1. Quæ sint leges bonæ Definitionis.

2. Quomodo partes Definitionis inquirendæ.

2. Leges Definitionis sunt.

I. Siquidem Definitio explicabit nobis quid res sit, oportet eam esse planam & perspicuam. 6. top. c. 2.

II. Si fieri potest, proprijs verbis non figuratis concepta.

III. Debet fieri per natura priora & notiora. 6. top. c. 4. totum caput.

IV. Sit reciproca, hoc est, non sit latior neg, angustior Definito, seu plura non comprehendat, nec aliquid illius excludat. Flac. p. 1065.

V. Nihil accidentale ingreditur Definitionem: 6. Top. cap. 3. T. 3. & cap. 6. T. 12.

VI. Nihil prætermittendum quod facit ad essentiam declarandam.

VII. In Definitione Generis, nihil ponatur quod unius Speciei est proprium. 6. top. c. 3. Flac. p. 1044.

VIII. Nec in Definitione Speciei, quod Generi convenit. 6. top. c. 3.

IX. Deniq; in definiendo, Nihil tendum est Divisione aut disiunctione.

2. Alterum quod dicendum restabat.

bat erat Methodus investigandi Definitionem. Hæc vero duplex est. v3. Divisiua vel compositiva, seu induc-tiva.

3. I. In utraq; cavendum, ne Vox definienda, sit æquivoca. Sic enim frustra unam ejus definitionem invenire conamur, antequam distincta fuerit. Arist. t. 25.

4. II. DIVISIONE SIC PROCEDEDUNDUM.

I. Sumatur Gen^o Definiti proximum, & unica divisione in differentias oppositas, definiti differentia indagetur, qua habita cum Genere, ipsa habetur definitio.

III. Quod si Gen^o proximum ignotū fuerit vel innominatū, sumatur superius notum & nominatum, quod si adhuc difficilius habeatur, videndum in quo Prædicamento, hoc est Summo rerum Genere sit. Hoc dividamus per differentias oppositas, & differentiam quæ in definitum cadit, iterum subdividamus, donec ad ultimam devenierimus, quæ cum Superioribus Generi addita, Definitionem absoluvi.

IV. Cum autem oppositarum Differentiarum altera fuerit Affirmativa, altera Negativa, Affirmativam oportet sumere ad definitionem. Si Affirmans Definito non Competit, subdividatur Negans donec aliqua Affirmans reperiatur quæ alteri è regione responderet.

V. Deniq; Cavendum ne dividendo aliquam Differentiam prætermittamus. Quod duebus modis potest contingere: vel Omitendo aliquam ex contradictis Differentijs, vel integrum Divisionem, quæ hanc vel illam præcedere debebat. T. 12.

Prima autem cuiusq; Divisio est illa, quæ omnia complectitur quæ subdiviso continentur, quod si alia non fuerit, adhibetur quæ est per Differentias sine medio appositas. t. 12. & 15.

5. Altera methodus COMPONENDO procedit, atq; hoc est: à Text 21. ad finem.

I. Si Genus definiendum sit, o. uides aut saltem præcipuas ejus Species, si species plura ejus individua considerabis, & eorum prædicata essentialia-

tam communia quam cujusq; propria colligas. quibus collectis, primo excipe quæ singulorū sunt propria, Deinde ex communib; tot retine, quot simul juncta cum rē definienda reciprocētur. illa Definitionē constituent. T. 16.

II. Specierum Definitiones considerandæ, ex illis eligenda communia, sejungenda cuiq; propria, illa enim superiori Generi addita, differentiæ loco habentur..

III. Prodest etiam Signa, Effecta, & Accidentia intueri, horum enim considerationie quandoq; ad essentiam ipsam penetramus. His etiam partes definitionis comprobantur & ostenduntur.

6. Ordo autem in Definitione hic servetur, ut Genus Differentijs & harum communiores angustioribus anteponantur. T. 16. & 18.

7. Porro, quia Accidentia partim ex Subjecto primo, & proxima causa definiuntur, partim per hanc illi inesse demonstrantur. Sciendū etiam quomo- do data Affectione quæ vel definiatur vel demonstretur, hæc venabimur.

8. DE Subjecto, quomodo ad æquandum, dictum est. cap. 5. lib. 1. De causa. Proxima quomodo inquirenda restat ut dicatur.

I. Inquirendæ Subjecti & Affectionis definitiones essentiales, hæ iterum in suas partes resolvendæ, ut singula partes seorsim evolvi & explicari possint, eademq; opera, si quæ sunt Affectionis species, & ipsum Genus considerari oportet. Flac. p. 690.

Causa eternam non demonstratur, sic enim prima non esset, sed tali Speculatione invatur. Nam ut oculus sape quod primo intutus non videt, id ipsum postea diligentiori contemplatione cernit: Sic intellectus.

II. Consideranda sunt etiam alia propria, quæ illi Subjecto insunt, & singula cum proposita Affectione conferenda. Flac. p. 691.

III. Sin autem Subjectū limitationegeat, hæc quoq; definitione explicanda erit.

IV. Quod si adhuc difficilior sit ius inventio, consideranda sunt problemata præsenti affinia nobisq; nou-

quæ vel causam eandem habent sive Genera sive specie, vel sub hoc continentur vel hoc sub illis.

Hac ita inventa & Subjecto primo, perfecta habetur Accidentis definitio, quæ primo Genus, tum Subjectum, demum Causam complectitur. Fl. p. 694.

Hac inventa nec demonstrare difficile erit.

HIC DE DIVISIONE, ALIQUID
porro Dicendum.

J. *Divisio est communioris in minus communia deductio. Nimirum.*

J. *Vocis in sua significata, quæ Distinctio dicitur.*

z. *Generis in Species vel oppositas Differentias, quæ præcipua est.*

3. *Totius in partes, quæ alias Partitio appellatur.*

Hac est vel Secundum Quantitatem, vel secundum virtutem, itemq; in partes Substantiales vel integrantes. Et vicissim in partes homogeneas vel heterogeneas. (lis.

4. *Subjecti in accidētia ēborū ex il-*

5. Causarum ex effectis ēborum per illas. ē si quæ sunt similes. Le-

2. Leges bona Divisionis Sunt.

I. Membra Divisionis esse ejusdem generis & inter se opposita.

II. Differentiae Divisionis sint pares, una non latius se extendat quam altera.

III. Nihil continetur sub' diviso, quod non ad aliquod membrum pertineat. Nihilq; in his reperiatur quod illi non subiicitur.

IV. Deniq; quoties fieri potest, si bimembris. Quia tamen lex propter rerum varietatem & vocabulorum inopiam sepius violatur.

3. Quomodo singulæ res dividantur.

Substantiæ & Accidentia quæ per abstractionem considerantur, per Differentias in species dividuntur.

Quæ vero cum materia considerantur, ut in Physicis. &c. Plerumq; ex natura Subjecti, ali quando per proprias actiones & effectus separantur. Flac. p. 903.

Actiones & passiones, ex terminis sive Subjectis in quæ desinunt. Ut Educatio, alia canis alia hominis, Institutio alia debetur ingeniose alia tardis,

Non

Nonnunquam ex forma & modo agendi, vel agente, vel objecto, vel deniq; propriis finibus. Ut 1. Actio alia naturalis alia artificialis. 2. Divina vel Humana. 3. Meditatio alia Theologica, alia Philosophica. 4. Ad nundinas veniūt, alij us furentur, alij ut Spectentur. Concionantur alij ut ad pœnitentiam homines permovereant. alij propter Decimas.

Ubi & Quando, per propria dividuntur.

Ut locus alius publicus alius privatus, Sacer, profanus. Dies festus vel nefastus.

Situs autem, partibus ejus quod Simum est, ut pronus, supinus.

Habere, a modis habendi. ut Alij te-
cto Capite, alij nudo incedunt.

Quot modis unum oppositorum dividitur, totidem alterum. Fl. p. 904.

CAPUT. XV.

1. Porro problemata aut sunt eadem, aut diversa, & rursus utraq; vel Genere vel Specie.

2. Eadem sunt quæ idem Medium habent, Specie vel Genere, Diversa quæ diversa. Exempla in textu.

CAPUT. XVI.

1. Causa & Effectus reciprocantur.

2. Obj. 1. videtur quod non, quia tunc fieret Demonstratio circularis. solutio est. T. 3.

Quia

3. Quia plures possunt esse causæ ejusdem effectus. solutio. T. 5.

CAPUT. XVII.

Possunt quidem plures esse Causæ ejusdem effectus, non tamen ejusdem Speciei. Exempla in Textu.

CAPUT. XVIII.

An causa propior, an universalior sit prior? Respondetur pro propiori.

CAPUT. XIX.

1. Principia deniq; non ex alio habitu per Demonstrationem acquisitaneq; nobiscum nata sunt. T. 4.

Sed inductione per sensum facta acquiruntur. T. 5. 6. 7.

2. Hac autem principiorum cognitione, non Scientia proprie dicitur, quia Scientia principium est. Sed Intelligentia rectissime dicetur. T. 8.

Appendix de Methodo.

1. Postremum hujus materiæ est, ut de Methodo non nihil dicamus.

2. Est autem Methodus in genere, definitio Zabarella, Habitus logicus, sive instrumentum nobis inservientium.

ens ad rerum Cognitionem adipiscendam.

3. Et dividitur in Ordinem & Methodum Proprie sic dictam.

4. Ordo est talis partium alicujus Disciplinae aut tractatus inter se dispositio, qua Notiora nobis præcedunt, Ignotiora & quæ à priorib; lucem accipiunt sequuntur, ut facilius ac melius à nobis percipi & cognosci queant.

5. HIC ORDO non Naturæ sed Doctrinæ est, quia ad faciliorem cognitionem refertur.

6. Ideoq; non semper à Natura notioribus, sed à nobis notioribus Secundum nostram distinctam & in eo genere perfectam cognitionem progreditur. Illa enim quæ ad aliorum distinctam Cognitionem faciunt, semper sunt premittenda.

7. Postulat autem, ut ab Universalibus ad Particularia fiat descensus. Quia hæc absq; illis perfecte cognosci nequeunt, aliquando tamen contrariet.

8. Ordo dividitur in Syntheticum
Et Analyticum.

9. Syntheticus, est qui à Causis & principijs ad effectus, à Simplicibus ad composita procedit, eoz nomine scientijs Theoreticis tradendis est idoneus.

10. Analyticus, qui à Fine incipit & progreditur ad Media, quæ ad illum Finem assequendum sunt idonea, quo ordine Discipline practica & Artes conscriptæ sunt.

11. Licet operatio Artis ordine Synthetico procedat.

12. Unus itaq; cuiusq; Disciplinæ ordo est, cæteri arbitriaj & repræhendendi.

13. Methodus propriæ dicta, est ratio procedendi à Notis ad Ignota.

14. Quæ in singulis partibus cuiusq; Scientiæ est observanda, Utpote Subjecti Definitio, Divisio, partiumq; similiter & Affectionum explicatio & Demonstratio, modo ab Effectis & Si-

gnis, modo à causis, modo per topicas rationes pro ut rej Materia exigit.

15. Ab Ordine differt, quod ille semper à notioribus Nobis distincta cognitione procedit, Hec vero modo à confusa, modo à distincta, noticia nobis notioribus progreditur. Tumquod in illo nulla spectatur illatio, huic vero essentiale quasi est, unum ex altero inferre.

16. Et quia hujus Methodi nomine præcipue venit Demonstratio, eandem cum illa Divisionem habet. v3. quod alia sit Demonstrativa id est à causis, alia Resolutiva ab effectis. Ad quam etiam Inductio demonstrativa refertur. de qua F.c.n.

LOGICÆ.

LIBER SEPTIMUS.

DE SYLLOGISMO

PROBABILI.

TOPICORUM

LIBER PRIMUS.

Quæ QUESTIONES TOPICE TRACTENTUR,
& unde argumenta petantur.

CAPUT. I.

De Definitione contin-
gentis: &c.

Cum viderimus, qualis materia Ne-
cessaria sit, & quomodo ejus copi-

am habeamus; proximum est ut de Contingenti seu Probabili nobis prospiciamus.

2. Idq; Ideo, ut de quocunq; Problemate ex hac queamus argumentari, & ipsi disputatione sustinentes nihil dicamus repugnans.t.1. 2. Elene.c.8,t.3.

3. Contingens est, quod ratione nostris varias & mutabiles suæ existentia causas adeptum est, ideoq; nunc sic nunc aliter sese habet.

4. Quo sit ut certam hujus scientiam habere nequeamus, sed tantum inter contradictionis partes fluctuantem, quasi opinionem.

5. Opinio est rej contingentis per Syllogismum Dialecticum acquisita cognitio.

6. Dialeticus Syllogismus est, qui ex probabilitibus concludit. aut altera tantum probabili, licet reliqua sit Necessaria.t.5.

7. Probabilia sunt, quæ videntur omnibus vel pleriq; vel Sapientibus: atq; his vel omnibus, vel plerisq; vel maxime notis & claris:t.7.

8. Syllogismus autem contentiosus est, qui exstritur ex ijs quæ videntur probabilia, nec tam sunt, ut, Quo rarius eo melius.t.8.

9. Ψευδοζητημα, est Syllogismus falsus ex propria alicui⁹ Scientia Assumptione constans.

CAPUT. II.

De utilitate Topicos⁹.

1. Est vero ad tria utile, Methodum hujus rej habere. t.1. 1. Ad exercitationem. Quia per hanc possumus de quacunq; re proposita, discere.t.3.

2. Ad Congressus. quia ex hac de quorumcunq; opinionibus ex proprijs eorum sententijs possumus agere, & que minus recte dicta sunt refellere.t.4.

3. Ad Philosophicas Scientias, quia cum poterimus in utramq; partem dubitare, facilius de singulis perspiciemus, quid verum. Tum quia in illarum Principia inquirere possumus. quod in illa Scientia cuius sunt principia fieri nequit.t.6

CAPUT. III.

De Topicos perfectione.

Perfecte a. hanc Methodum tunc habebimus cum ea omnia facere poterimus, quæ ad pro-

babiliter disputandum requiruntur; licet non semper disputando superiores evadamus, aut omnes in nostram sententiam pertrahere possumus. Sicut is Medicus & Rhetor est, qui cuncta qua ad medendum & persuadendum requiruntur adhibet, licet hic non semper persuadeat, nec ille semper sanet.

CAPUT. IV.

De quibus & ex quibus Dis-
seratur.

1. Absolvitur autem haec Methodus duobus, nempe si dicatur, Primo de quibus disputari possit, Deinde ex quibus rationes sint petendae. T. 1.

2. Questiones Dialecticæ numero quinq; sunt, quarum tres priores sunt simplices, duas posteriores conjunctæ.

Flac. p. 826.

3. Simplices sunt: An sit? quid & quotuplex?

4. Conjunctæ, an hoc sit illud & cur sit?

5. Harum posterior ad priorem reducitur. Data n. Causa cur sit, postea queritur an data sit causa illius cuius causa queretur? & sic ad priorem spectat.

6. Hæc

6. Hæc igitur conjuncta, in Quatuor Topicas subdividitur.

7. Attributa de quibus quæri solet, quatvor sunt. Proprium, Definitio, Genus, Accidens. Unde quatvor quæstiones topicæ dicuntur.. T. 2.

8. De his enim Problemata & Propositiones institui solent, T. 3. & 4.

9. Problema, quando de utraq; contradictionis parte quæritur, ut, an hoc sit illius Genus, nec ne? & sic de reliquis.

10. Propositio autem, quando de una tantum quæritur, ut, nonne hoc est illius Genus?

CAPUT. V.

Enumerantur & Definiuntur
Questiones Topicæ.

1. Questio Definitionis est, qua quæritur, an hoc sit illius definitio? T. 2.
Huic cognata est, an hoc sit illud? t. 3. item.
An hac duo sint idem, an vero diversa? T. 4. de hac Flac. l. 4. Dial. c. 19.

2. Questio Proprij, est qua quæritur an hoc illi omni, soli & semper insit. Nemo enim proprium appellat id, quod potest alij inesse. T. 5.

L 5

Quæ-

3. Quæstio Generis est, qua quæritur an hoc de illo dicatur, non solum omni, sed etiam in quid. &c. T. 6.

Cui cognata est, an hæc duo sint ejusdem Generis, an vero diversi? t. 7.

4. Quæstio Accidentis est, qua quæritur an hoc de illo omni vel aliquo affirmari potest. t. 8.

5. Hæc iterum duplex est, vel enim, simpliciter queritur, an hoc sit tale, vel cum comparatione, an hoc illo magis tale sit: t. 10.

CAPUT. VI.

Cur loci Topicorum non communes tradantur &c.

Etiam si vero Loci, & Argumenta quibus probantur vel refelluntur haec questiones plura omnibus sint communia. v. G. quibus Accidens, Proprium, Genus, refelluntur, ijsdem quoq; Definitio, &c. tamen Methodus communis omnibus inserviens tradi nequit, nisi admodum confusa & inutilis sit futura: cum non solum singulæ Questiones sua propria habeant, & multa ut diximus cum omnibus Communia, sed etiam quadam duabus, quedam tribus, atq; modo his, modo alijs inter se junctis, Communia reperiantur.

Cap. 7.

CAPUT. VII.

Idem, quot modis dicatur..

1. Eadem, vel idem, aliqua dicuntur tripliciter, Numero, Specie, vel Generi. T. 2.

2. Numero, cum nomina sunt plura, res autem eadem: ut indumentum vestis.

3. Specie, cum plura sunt ejusdem Speciei.

4. Genere, quæ sub eodem Genere collocantur..

Aqua ex eodem fonte manans tantum eadem specie est, licet Accidentibus magis conveniat quam e diverso fonte profluens. T. 3. & 4.

5. Quæ eadem numero sunt, propriissime eadem dicuntur. t. 5.

6. Sunt autem triplicia. 1. Quæ nomine & Definitione eadem sunt. T. 6. 2. Quæ Proprio eadē dicuntur. ut homo, & discipline capax. t. 7

3. Quæ ratione accidentium talia dicuntur, ut ambulans & Aristoteles. T. 8.

CAPUT. VIII.

Quod autem dictis Quatuor plura non sint attributa Topica:

1. Patet Inductione. t. 1.

L 4

2. Syl-

2. Syllogismo quicquid n. de altero prædicator, aut reciprocē prædicatur, aut non. Si reciprocē, aut essentiam declarat, aut ejus est consequens. Essentiam declarat Definitio. Essentia consequens est Proprium.

Non reciprocum, aut est Essentialē, ut Genus, aut non, ut Accidens.

CAPUT. IX.

Porro, hæ Quatuor differentia semper in aliquo Predicamentoru sunt. Hæc autem 10. numerantur: Quod est, Quantum, Quale. &c. Ex his enim omnes propositiones sumuntur.

CAPUT. X.

Unde rationes Topicæ petenda.

1. Sed etiam dicendum est, unde rationes petantur.

2. Ut enim, non omnis propositio aut problema est Dialecticum: Ita nec Ratio. Nam principio quis sumet, quæ nemini videntur? aut queret de illis, quæ nimirum sunt manifesta?

3. Sed rationes topicæ sunt vel probabilitate cap. 1. T. 7. sunt definita. T. 2.

4. Vel Probabilitibus similia. T. 3.

5. Vel quæ de probabilitum contrarijs dicunt contradictoria. T. 5.

Vel

6. Vel quæ de Probabilitum contrarijs, per comparisonem dicunt contraria. T. 6.

7. Vel deniq; quæ cuilibet Artifici in sua arte videntur. Exempla habentur in textu.

CAPUT. XI.

De problemate & Thesi.

1. Verum de Problemate aliquid restat dicendum.

2. Problema dialecticum, est theorema, de quo pleriq; aut neutram in partem sentiunt, aut sapientes contra vulgus, aut utriq; inter se dissentunt. T. 1.

3. Est autem vel Practicum, quod ad electionem vel fugam spectat. Vel Theoreticum, quod ad veritatem & cognitionem. Vel Logicum, quod ad neutrum per se, sed ad utrumq; afferit adjumentum. Exempla in Textu.

4. Thesis Dialectica, est ὡραδόξος aliquius nobilis Philosophi. t. 5. Vel sententia rationibus quidem nitens, Sed receptis opinionibus contraria. T. 6.

5. Non vero oportet omnem thesin aut problemata, in questionem vocare: Sed de quibus dubitare aliquis possit, egens Rationis non pa-

ne aut Sensus. Tum quorum demonstratio non
est propinqua, nec nimis remota. T. 9. &c.

CAPUT. XII,

Species argumentationum quibus
Topicus utitur.

1. Species argumentationum, quibus Dialecti-
cus utitur, duæ sunt: Syllogismus & Inductio. t. 2.
2. Quid Syllogismus dictum est prius. t. 3.
3. Inductio est progressio à Singularibus ad
Universale. T. 4.

4. Est autem Inductio apertior quidem
sensui notior, aptior ad persuadendum, mu-
tisq; communis: Syllogismus tamen majori
urget, & adversus contradicentes efficacio
est. T. 5.

Caput. XIII.

Instrumenta Differendi.

1. Sed quia cæpimus dicere, unde ra-
tiones argumentandi petendæ sunt,
antequam ad locos singulos in specie
descendamus, tradenda sunt quædam
generalia differendi instrumenta, qui-
bus usi argumentis abundabimus.

2. Sunt autem tria vel quatvor.

3. Propositionum collectio, Ambi-
guæ distinctio, Differentiarum inven-
tio, Similium consideratio. Cap.

Caput. XIV.

De Primo Differendi instrumento.

Ut PRIMUM INSTRUMENTUM habe-
mus, ipsi locos communes Philo-
sophicos colligamus.

1. In his collocandæ sunt sententiae,
& opiniones Philosophorum, vel o-
mnium, vel præstantissimorum. t. 1. Et
haec non solum probabiles, sed etiam probabilibus
similes. T. 2.

2. Que in disputationibus pro concessis &
principijs habeantur, non enim facile negabun-
tur, ab illis qui in philosophia minus sunt clari.
T. 3. T. 5.

3. Eligantur autem Sententiae maxime uni-
versales, ut has cum opus fuerit in specialiores
possimus dividere. t. 8.

4. Loci autem triplices colligi de-
bent. Physici, Ethici, Logici. T. 6.

5. In singulis tituli collocentur, Pri-
mo, Generales, deinde Specialiores. &
in principio cuiusq; collocetur rej de-
finitio, &c. T. 5.

Caput. XV.

De Secundo Instrumento.

I. ALTERUM differendi INSTRUMENTUM, est Distinctio ambigui & explicatio obscuri. Flac.lib.1.dial.cap.ii.

2. Ut autem vocis cuiusq; ambiguitatem deprehendamus.

I. Respiciendum ad opposita, & quidem contraria. Nam, Si unum contrarium est ambiguum, alterum quoq; erit. T.3.

Si uni vocabulo plura sint contraria, ambiguum est.

Si contraria fuerint in diversis subjectis, diversis sensibus dijudicentur. T.4.

Si eorum quibus unum nomen est, unum habet contrarium, alterum non. T.5.

Si quedam contraria media habent, quidam non, vel habent media diversa, vel quedam unum, quedam plura media habent: Suncti equivoca. T.7.

Deinde Contradicēntia. Quorum si num ambiguum fuerit; & alterum erit. T.8.

Similiter Relata & Privantia. T.9.

II. Ad conjugata & casus. Quorum si unus fuerit ambiguus, etiam reliqui. T.10.

Et Diversarum lingvarum appellatione inter se conferenda.

III. Ad Genus. tam remotum quam propin-

propinquū. Nam, Si aliqua vox sub diversis Generibus non subalternis continetur, ambigua est. T.11. & 12.

Sic etiam, Si contrarium ejus sub diversis collocetur Generibus. T.13.

IV. Ad Definitiones. Nam,

Si aliqua vox plures habeat definitiones (secundum illud nomen) ambigua est. T.14.

Sapere etiam in ipsis Definitionibus latet ambiguitas, que eodem modo eruenda. T.15.

V. Ad subiecta & attributa. Nam,

Si Subiecta in Attributo inter se conferri nequeunt, attributum est ambiguum. T.16.

VI. Ad Differentias. Nam.

Si eadem vox fuerit Differentia Generum non subalternorum, est ambigua. T.17.

Si Differentiae que de una re significatae, predicanter, de altera non, vox illas significans est ambigua. T.18.

Si ex duobus, quibus idem vocabulum trahitur, alterum est Species, alterum Differentia, illud vocabulum est ambiguum. T.19.

CAPUT. XVI.

De TERTIO, &c., instrumento.

I. TERTIUM differendi INSTRUMENTUM,

TUM, est Differentiarum notatio. que
nihil aliud est, quam notare quid cuiusq; sit pro-
prium, quatenus unum ab altero discrepet,

2. Eorum a. que ejusdem sunt Generis vel pro-
ximorum, differentiae diligenter sunt notanda.

3. Quicquid a. in uno reperitur, quod non re-
peritur in altero, illud pro Differentia haberi
potest.

C A P U T . X V I I .

De Quarto. &c.

1. ULTIMUM est Similium considera-
tio, que est, videre quid unum cum altero
commune habet, quatenus convenientia pro-
bantur, & a quibus probatio petitur.

2. Nulla enim res est, qua non aliquatenus
cum altera convenit, aliquatenus discrepat.

C A P U T . X V I I I .

Utilitas horum instrumentorum.

1. Horum instrumentorum utilitas
varia est, Etenim.

2. Considerare quot modis aliquid
dicatur, utile est.

I. Ad perspicuitatem. facilius enim intelligi-
tur quid quis statuit, si ambiguitas explicetur.

II. Ne de verbis contendentes λογομαχία
committamus. T. 2.

III. Ad Solvendas aliorum fallacias, que

ut plurimum ex equivocationibus oriūtur. t.3.

3. Differētias a. utile est invenire. t.6.

I. Ad probandum aliquid non esse idem, sed
diversum.

II. Ad cognoscendum quid res sit. Nam Defi-
nitiones ex differentijs extruuntur. T.8.

4. Similitudinis autem considera-
tio confert. T.9.

I. Ad inductiones. Ex similibus enim singu-
laribus universale inducitur. T.10.

II. Ad Syllogismos Hypotheticos habendos.
Quod enim in uno Similium valet, in altero
valere solet. Probata ergo similitudine, Hypo-
thesis est probata. T.11.

III. Ad Definitiones afferandas. Quando e-
nim videm⁹ quod in quaq; re idem est, facile vi-
debim⁹ ad quod Gen⁹ eam referam⁹. t.12. & 13.

Atq; haec sunt instrumenta per quae Syllo-
gismi extruuntur. T.14.

TOPICORUM, LIBER SECUNDUS.

DE Q U E S T I O N E A C C I D E N T I S .

C A P U T . I. De ordine
observando.

Iquidem Problemata alia sunt Vni-
versalia alia Particularia; t.1. Et.

2. Argumenta alia adstruendi, alia
destruendi vim habent; T. 2.

3. Atq; ex his, quæ universalia ad-
struunt vel destruunt, eorum etiam
subalterna arguunt, non contra.

Ab illis quæ universaliter arguunt
initium est faciendum. T. 3.

CAPUT. II.

Ut Quæstio de Accidente adstrua-
tur vel destruatur.

1. Idq; Primo in Quæstione Accidentis, quæ
omnium est communissima & latissime patens.

2. Ut Accidentis problema adstrua-
tur vel destruatur videndum.

1. An Genus vel aliud prædicatum
ut Accidens inesse dictum sit, T. 1.

*Quod fit, vel dum expresse quis Genus sua
Species accidere dicit. vel dum Genus
vnuas de sua species profert. Genus enim de
Species semper oνωνύμως predicitur.*

II. Considerentur omnes Species e-
jus, cui inesse vel non inesse dictum
est, & si adhuc videri nequeat, indi-
vidua considerentur, si cui forte non
inesse vel inesse deprehendatur, T. 2.

III. Per-

III. Perpendantur definitiones, &
ejus quod inesse dicitur, & ejus cui in-
esse, an illius definitio huic, & hujus illi
conveniat, & porro in his etiam vo-
cum quarundam definitiones, donec,
res plane sit explorata. T. 3.

IV. Posito quod insit, videndum
quid inde sequatur, T. 4.

V. An usitato & vulgo recepto mo-
re inesse dictum sit.

CAPUT. III.

VI. Quando Accidens multifariam
dicitur, sive οὐανύτερα eaq; vel latente,
vel manifesta. Sive etiam alio modo.
Si non probare poterimus juxta o-
mnes significaciones inesse, vel non in-
esse, sufficit juxta unam probasse. Va-
let autem hoc tam ad destruendum quam
confirmandum. T. 1. & 2.

CAPUT. IV.

Loci à quibus argumenta-
petenda.

VII. Quando vocabulum Acciden-
tis est obscurum, substituendum est
planius, sic enim facilius probatur vel
refellitur. t. 1.

M

Nunc

1. Nunc videndum est, ex quibus Locis argumenta sumenda sint.

2. Horum PRIMUS LOCUS sit
A DIVISIONE.

Vel a Toto & partibus. videlicet.

3. sic.

1. Cui cōpetit Divisum etiā aliquod Dividētūm competere necessum est. Ut Fulmen est M. theoron. Ergo substantiale aut Accidentale.

2. Cui nullum Dividentium, neq; Divisum competere potest. Ut Lumen neq; corpus simpl. neq; mixtum. ergo non est corpus.

3. Condividentium uno Sublato, alterum manet.

3. Est autem Divisio Totius in partes Distributio.

4. Totum est quod habet Partes.

5. Totum aliud Universale, aliud Essentialis, aliud Integrale.

6. Sic partes aliae Subjectivæ, aliae Essentialis, aliae Integrantes. His adiunguntur partes Potentiales, ut potentia animæ.

7. Totum universale dicitur Genus quod est totum partibus essentialiæ.

8. Par-

8. Pars Subjectiva dicitur Species, quæ est pars Generis, plures Distinctiones Totius in partes, vide apud Fonsecam l.7. c.18.

II. A Genere & Specie. sic.

1. Quæcunq; Speciei insunt, etiam Generi, non contra. t.2.

2. Quæcunq; Generi non insunt, nec Speciei, non contra.

3. Quibus Genus attribuitur, necessum est aliquam Speciem tribui.

4. Posito Genere ponitur aliqua species.

5. Sublato Genere, tolluntur omnes Species.

6. Quæcunq; denominantur à Genere, ab aliqua specie denominari necessum est. Et contra.

7. Quæ de Genere dicuntur, eadem de qualibet ejus specie.

EXCEPTIONES aliunde.

8. A quo removetur Genus, ab eo etiam species.

9. De quo Species predicatur, de eodē & Gen.

Excipe? Nisi Negative de aliquo dicatur species.

10. Quod de Specie, idem de Genere dicitur Particulariter.

11. Quod speciei quoquo modo competit, toti Generi repugnare nequit.

12. Quod nulli Speciei competit, nec Generi.

III. A toto & partib⁹ Essentialib⁹.

M 2

g. Totum

9. Totum Essentiale, est quod ex pluribus unam actu essentiam constituentibus constat.

MAXIMA.

1. Posito toto Essentiali, ponuntur omnes ejus Partes.
2. Sublata parte Essentiali, destruitur Totum.
3. Sublato toto Essentiali, tolluntur partes.
4. Posito toto Essentiali, non statim ponuntur partes omnes Integrantes.
5. Quod toti tribuitur, non statim partibus convenit. Positis partibus essentialibus, ponitur tum.

IV. Ab Integro & Membris.

10. Totum Integrum est quod constat ex partibus integrantibus, alias quantitativum dicitur.

MAXIMA.

1. Vbi totum Integrum, Ibi qualibet ejus pars non contra.
2. Deficiente parte, totum esse nequit. ut Sublata altera specie, integra causa Domini non est.
3. Sublata parte minus principali, Totum sentiale manet.
4. Quales sunt Partes, tale etiam Totum.
5. TOTUM EST MAIUS SUA PARTE.

LIBER SECUNDUS. 181
6. Positis vel Sublatis partibus, ponitur & tollitur Totum Integrum.
7. Quod toti convenit, non statim cuilibet Par.

SECUNDUS LOCUS.

A DEFINITIONE & DEFINITO.

VIII. Porro, ad Definitiones partium Questionis respiciendum, quæ vel sunt, vel esse videntur. t.4.

11. Definitio autem alia Nominis, quæ Notatio dicitur, alia Rej.

I. A Notatione & nomine.

12. Notatio est Nominis interpretatio. c.6.t.2.

13. Notatio bona, debet cum re ipsa convenire, quod cum non semper fiat.

MAXIMA.

1. A Notatione, infirma petuntur argumenta.
2. Cui convenit nomen, ej etiam convenit Notatio & contra.

EXCEPTIO.

1. A Nominis ad speciem non valet argumentatio.
2. Nec a Nominis figurativo, ad Genus. ut homoflos, ergo planta.
3. Cui non convenit Notatio, ej incepte etiam Nomen tribuitur.

Exc. Nisi nomen sit Proprium, ut, non est vitiosus nihilominus vocatur, apre Andreas.

4. Quod convenit Notationi etiam Nomi.

II. A Definitione Rej & Definito.

14. Definitio rej, alia perfectior est, alia tantum Descriptio, utrig^e eadem conueniunt. *MAXIMAE.*

1. Cui convenit Definitio, ej etiam convenit Definitum. & contra.

Exc. Nisi definitio sit vitiosa & cum Definito non convertatur.

2. Cui non convenit Definitio, nec Definitum. Non suum euig. tribuit. & nec est insitus.

3. Quando Definitio convenit Definitioni, etiam Definitum conveniet Definito.

4. Quicquid tribuitur Definitioni, etiam Definito tribui potest.

TERTIUS. LOCUS.

AB ANTECEDENTIBUS ET CONSEQUENTIBUS, vel à signis & signatis. t. 5.

15. Antecedens & consequens sunt duæ res, quæ licet una alterius causa non sit, una tamen ad alteram sequitur.. *MAXIMAE.*

1. Posito antecedente, necessum est ponere consequens. & contra. Flac. p. 946.

2. Sublato consequente, tollitur Antecedens, & contra. (riet.)

3. Signis respondet eventus. *Lac* habet ergo pa. Ad tempus tamen respiciatur, alicubi non quadret. Exempla in textu, t. 6.

CAPUT. V.

Sed priusquam reliquos locos ad jungamus, quædam admonitiones prioribus, Secundo, Tertio, & Quarto. Capitibus traditis annexamus, Itaq; videndum.

IX. Anne Digressionem à proposita quæstione facere possimus ad aliud probandum vel evertendum, ad quod nobis major est argumentorum copia, Modo hoc ad propositum probandum vel evertendum faciat, ut hoc probato, vel destruto, idem proposito eveniat, t. 1.

Verum cavendum, ne hoc probare vel refellere difficulter sit, quam ipsum thema.

CAPUT. VI.

X. Si Accidens illud, contrarium habuerit immediatum, ut alterutrum inesse necessum sit, videamus ad quod

Illorum plura nobis argumenta supponuntur, idq; probandum vel refellendum suscipiamus. T. I.

Nam si probatum fuerit, unum inesse, probatum est alterum non inesse. & contra.

XI. Quia a. quædam Necessario in-
funt, quædam plerumq; quædam ali-
quando: ad hæc etiam respiciendum.
*Nam si probetur uno horum modorum inesse,
vitiosæ reliquis modis inesse dicitur.*

*Reprehendi etiam potest, qui non defini-
quonam horum modorum inesse intelligit.*

XII. Præterea videndum, an ei-
dem res sibi ipsi accidere dicta sit q.
diversa, eo quod nomen diversum su-

CAPUT. VII.

Nunc ad locos vicissim revertamus.
horum QUARTUS EST.

A REPUGNANTIBUS.

1. Repugnatio sunt Disparata vel
Opposita.

2. Disparata sunt quorum unum
multis opponitur.

I. A. Disparatis

MAXIMÆ.

1. Posito uno Disparatori, removentur reliqui

LIBER SECUNDUS.

185.

Quod verum est de disparatis in Abstracto,
non in Concreto.

2. Disparata completa, non concurrunt ad con-
stituendu[m] unum esse[n]tiale.

3. Opposita sunt quorum unum uni-
tantum opponitur.

Oppositorum eadem est Scientia.

4. Opposita sunt Quadruplicia, vi-
delicet Contraria, Relata, Privantia,
& Contradicentia.

H. A. Contrarijs.

5. Contraria alia sunt Mediata, alia
Immediata.

6. Contraria sex modis inter se jun-
guntur, contrarietatem autem tantum
efficiunt quatuor modi. Ex his oportet
accipere eos, qui ad præsens sunt
accommodati, de quibus vide Arist. t. I.

MAXIMÆ.

1. Contraria non possunt simul esse in eodem
subjecto. Posito contrariorum uno, tolluntur re-
liqua. Goc. l. 1. proble. 5.

2. Ex immediatis, remoto contrariorum uno,
ponitur alterum.

3. Contraria ambo sunt positiva.

4. Allegans contraria non est audiendus.

5. Contraria contrariorum sunt consequentia.
Cap. 8. t. 2.

6. Contrarie contrariorum sunt causa. (56.)
7. Contraria mutuo se pellunt. Gocl. l. I. probl.

III. A Relatis.

1. Posito Relatorum uno, concedendum est alterum.
2. Negato eorum uno, negatur reliquum.
3. Duo Relata eidem competere nequeunt.
4. Relatorum propria sunt relata. (77.)
5. Relata Simul sunt natura. Gocl. l. I. probl.
6. Relatio, per se non incurrit in sensus.
7. Relative opposita non habent medium.
8. Qui unum Relatorum perfecte norit, novit reliquum.

IV. A Privantibus,

1. Deficiente habitu, Privatio esse nequit.
2. Privatio presupponit habitum.
3. Privatio unius, est habitus alterius.
4. A Privatione ad negationem habitus recte argumentamur. non contra.
5. Causa privativa, non potest producere positivum effectum. Gocl. lib. I. probl. 65. & 68.
6. A privatione ad habitum non datur regressus intellige eundem numero habitum. item si una cum habitu etiam potentia ad illum tollatur.

7. Habi-

7. Habitus & Privatio sunt in eodem Pradicamento.

V. A. Contradicentibus.

1. Ex duobus contradictoribus uno posito, alterum tollitur. & contra.
2. Contradictio est inter Ens & Non ens.
3. Contradicentia carent omni Medio. Quia carent extremis, nam unum tantum est, alterum Non est. Inter Ens autem & Non Ens, non potest esse medium.

CAPUT. VIII.

Ab Oppositorum consecutione.

1. Si posita re, sequatur aliquid, ad consequentis contradictorium, sequetur contradictorium Antecedentis. t. 1.
2. Si remora re aliquid removetur, hoc posito, ponetur & illud.
3. Si posita re, aliquid tollitur, hoc posito, illud necessario removetur.
4. Si remota re aliquid ponatur, hoc Sublate illam necesse est ponи.
5. Si posita re sequatur aliquid, ad Antecedentis contrarium sequetur contrarium consequentis. t. 2.
5. Si posita re ponatur aliquid, ad privationem Antecedentis, sequitur Privatio consequentis. t. 3.

7. Si

7. Si posta re, sequatur aliquid, ad Relatum
Antecedentis, sequitur Relatum consequens.

T. 4.

QUINTVS LOCVS.

CAPUT. IX.

A. CONIUGATIS ET CASIBUS.

1. Conjugata sunt quæ ab eadem,
Origine, Casibus tantum variata de-
scendunt.

MAXIMA.

1. Quod competit uni Coniugatorum, etiam
alteri competere debet. T. I.

2. Cui unum ex Coniugatis convenit, conve-
niunt etiam reliqua. & Contra.

3. Si unum convenit alteri, ejus Coniugata e-
tiam alterius Coniugatis convenient. T. 2.

4. Si Due res contrariantur, idem facient eo-
rum Coniugata & Casus.

5. Conjugata se invicem sequuntur.

SEXTUS LOCUS.

A Causa & Effectis.

1. Causa est cuius vi res est.

MAXIMA.

1. Qualis Causa, talis Effectus. Gocl. l. i. prob. 18.

Intel.

Intellige de efficientibus Univocis, de Äquivocis
non semper valet.

2. Que illegitimo auspiciata sunt principio,
vix est ut bono peragantur exitu.

3. Quod est causa cause, est etiam causa cau-
sati.

Δημοθ. ἀρεὶ τὸ σεφάνη. οἱ τὸ αὐτόμα τῷ
χώρῳ, εἴ τοι τῶν φύλων καινῶνταί τοι.

4. A Pari causa par existit Effectus.

5. Cum plures cause ad eundem finem ten-
dunt, nihil interest qua quis fuerit usus.

Exc. Nisi causarum alia legitima fuerit, alia
non.

Nisi una sit altera compendiosior, etenim
Quod potest fieri per pauciora, non opus est ut
sit per plura.

6. Posita causa, ponitur Effectus.

7. Si plures cause ad eundem effectum neces-
sario requiruntur, deficiente una, non procedit
effectus.

8. Cessante causa cessat effectus. De ἐπεγένεται
seu actione, semper verum est, de ἐπεγένησαι, seu
opere per actionem productio, non semper.

9. Sublata causa, tollitur effectus.

Exc. Nisi, non semper, sed certo tantum tem-
pore causa requiratur.

Vera

Vera autem semper est regula de causa conservante.

Nisi ex pluribus causis una cesseret, non omnes.

10. Ex nihilo nihil fit.

11. Nihil fit sine causa.

12. Causa est prior effectu, naturâ, non semper tempore.

2. Causæ sunt Internæ vel externæ.

3. Internæ sunt quæ rejsentiam & constitutionem ingrediuntur, ut Materia & Forma.

4. Materia triplex est.

1. Ex qua res est, qua est hujus loci.

2. In qua, qua est subjectum dicuntur.

3. Circa quam, qua objectu dicuntur.

4. Dicitur etiam occasio materia.

II. A Materia.

MAXIMÆ.

1. Existente Materia produci potest Effectus.

2. Deficiente Materia, deficit Effectus.

3. Inabilitas Materia impedit Effectum.

Ex quovis ligno non potest fieri Mercurius.

4. Materia arguit præstantiam materiati.

5. Qualis Materia, talis Effectus.

III. A Forma.

5. Forma est per quam res est id quod est.

6. Forma est in rebus vel extra res.

7. Forma quæ est in rebus, est Substantialis vel Accidentalis.

8. Substantialis duplex est, Informans nempe & Assistens.

9. Informans est cui maxime competit Definitio Formæ data.

10. Ab hac Propria, itemq. Actiones propria, ipsum deniq. Esse formati dependet.

11. Informans alia sine Subjecto sive materia existere potest, ut anima rationalis, Alia non nisi in materia, ut reliquæ forme naturales.

12. Forma Assistens, est quæ tantum est causa motus in Subjecto. Quales cœlorum formæ putantur Intelligentiæ.

13. Forma Accidentalis, est accidens inhærens in Subjecto.

14. Forma extra rem, seu externa, est exemplar vel imago ad quam res facta est, sive secundum quam aliquid sit, unde etiam exemplar & Forma exemplaris dicitur.

Argumenta à Forma hæc sunt.

1. Ex Forma denominatur Effectus.

2. Deficiente Forma, non potimus Effectu.

TOPICORUM

3. Mutata Forma, res alia esse censemur.
4. Tantum unumquodque potest, quantum forma ejus naturalis permittit.
15. Causæ externæ sunt, quæ ad Effectum producendum necessario quidem requiruntur, verum ejus essentiam non Constituunt, ut Efficientis & Finis.

IV. Ab Efficiente.

16. Efficientis, est à qua res est.
17. Efficientium causarum modi sunt varij. (servans)
 1. Quod alia sit Procreans alia Con-
 2. Alia sola, alia cum alijs. Et ex his, alia instrumentalis, alia principalis.
 3. Per se, vel per accidens.
 4. Deniq; alia, τὸ γονιγμένη, alia τὰ ἀγαγόμενη, alia οὐρεκτική. Qui usū & excitatione addiscuntur.

MAXIMÆ SUNT:

1. Mala arbor, non fert bonum fructum.
2. Patrem sequitur sua proles.
3. Mali corvi, malum ovum.
4. Causis per accidens, raro assimilatur effectus.
5. Bonum est, cuius generatio est bona. & contra. 1. 2.

LIBER SECUNDUS.

6. Malum est, cuius interitus est bonus.
7. Bonum est, cuius corruptio est mala.

V. A. Fine.

18. Finis est cuius gratia res est.
19. Finis alius est Internus, qui effectum semper comitatur, alius Externus, quo efficiens frustrari potest.
20. Finis duæ sunt conditiones, ut sit ultimum rei & optimum.

MAXIMÆ.

1. Finis est præstantior Finito.
2. Cujus finis est bonus, ipsum quoq; bonum est.
3. Omnia referuntur ad suum Finem.
4. Deus & Natura nihil faciunt frustra.
5. Cessante Fine, cessat actio.
6. Finem consecuti, cessamus agere.
7. Quod pro aliquo introductum est, contra eum torqueri non debet.
8. Quod contra vel præter finem rejicit, irritum esto.

VI. Ab Effectis.

21. Effectum est quod è Causis existit.

22. Effectorum eadem sunt distinctiones quæ causarum, videlicet, aliud Materiatum, aliud Formatum, aliud

Finitum, &c. aliud per se, aliud ex accidenti.

MAXIME.

Hic valent pleriq; Maxima Causarum, si invertantur. ut.

1. Qualis Effectus, talis plerumq; Causa.
2. Si Effectum est, necessum est causam esse vel fuisse.
3. Factum, infectum fieri nequit.
4. Ex usu estimatur res.
5. Abusus non tollit Rem.
6. Ex eventu, judicium.
7. Exitus, acta probat.
8. Prohibito Effectu, ipsa quoq; causa censetur prohibita.
9. Causa que finem non assequitur; nulla censemur.

Hödt är snart bött.

För oggiord gerning böttes oföddt fädd.

Excipe, plena Intentio habetur pro facto.

SEPTIMUS LOCUS.

I. A Subjectis & Adjunctis.

23. Subjectum est, cui aliquid ad jungitur.

24. Subjectum, aliud est In quo, sive Inhesionis, aliud circa quod, seu Operationis, quod alias objectum & Materia circa quam dicitur, Maxi-

MAXIME.

1. Talia sunt Adjuncta, qualia permittuntur esse à Subjectis.
2. Posito Subjecto adæquato, ponitur Adjunctum proprium. Et contra.
3. Verba secundum subjectam materiam, sunt intelligenda. (dens.)
4. Cujus Subjectum est, ejus quoq; est Accidens.
5. Subjectum natura prius est Accidente.
6. Destructo Subjecto, destruuntur Accidentia.

II. Ab Adjunctis.

25. Adjunctum est, cui aliquid subiicitur, & Hujus eadem ac subjecti distinctiones sunt.

MAXIME.

1. Concesso Accidente, infertur Subjectum.
2. Idem numero Accidens, de subjecto in subjectum non migrat.
3. Idem numero Accidens, non potest esse in diversis subjectis.
4. Accidens commune, non fluit à principijs essentialibus subjecti.
5. Noscitur ex comite qui non noscitur ex se.

CAPUT. X.

OCTAVUS LOCUS.

A Comparatis.

1. Comparata sunt, quæ inter se conferuntur.

2. Comparata sunt, vel in Qualitate, vel in Quantitate.

3. Comparata in Qualitate sunt, Similia vel Dissimilia.

4. Similia sunt, quorum eadem est Qualitas.

II. Argumenta à Similibus.

1. Similia magis illustrant, quam probant.

2. De Similibus idem est judicium. Fla. p. 954.

3. Quod in uno Similium valet, etiam in ceteris. (tertio,

4. Quod non valet in uno Similium, nec in ali.

5. Similium eadem est ratio. t. i. Nisi penitentiam egeritis, omnes Similiter peribitis.

6. Nullum Simile currit quatror pedibus.

III. A Dissimilibus.

5. Dissimilia sunt, quorum Qualitas est diversa.

6. Hic locus magis ad refutandum, quam probandum idoneus est.

M A X I M . E.

1. Dissimilium diversa est ratio.

2. Dissimilibus dissimilia convenient.

7. Comparata in Quantitate sunt Paria vel imparia. t. 2.

8. Im-

8. Imparia sunt, quorum alterum, altero est probabilius.

9. Impar est majus aut minus.

10. Majus est, cuius probabilitas est major.

IV. Argumenta à Majori ad minus.

1. Quando unum sequitur ad alterum, si incrementum capit Antecedens, idem faciet Consequens. T. 3.

2. Cum unum de duobus dicatur, si cui magis verisimile est inesse non inest; nec cui minus. t. 4.

3. Cum duo de uno dicuntur. Si quod magis inesse videtur non inest, nec quod minus. t. 5.

4. Cum duo de duobus dicuntur. Si quod alteri magis inesse videtur, non inest, nec reliquum reliquo. T. 6.

5. Si id non licet quod minus est, neg. id licet quod majus est.

V. Argumenta à Minori ad Majus.

1. Cum unum de duobus dicatur. Si cui minus verisimile est inesse, inest, etiam cui magis. t. 4.

2. Cum duo de uno dicuntur. Si quod minus inesse videtur, inest, etiam quod magis. t. 5.

3. Cum duo de duobus dicuntur. Si quod alteri minus inesse videtur, inest, etiam reliquum reliquo. T. 6.

TOPICORUM.

4. Si id licet quod majus est, id quoq; quod minus est licebit. Exc. Nisi dissimilitudo sit casu.
5. Quod est minore minus, est etiam maiore minus.

VI. A paribus.

11. Naria sunt; quā aequa vera & possibilia esse videntur. T. 7.

MAXIMAE.

1. Cum unum duobus pari ratione inest. Si unum inest, etiam alteri. Et si non uni, nec alteri. t. 3.
2. Cum duo eidem pari ratione insunt. Si unum inest, etiam alterum. Et si unum non, nec reliquum. t. 9.
3. Sic, cum duo duobus pari ratione insunt. Si unum inest uni, etiam alterum alteri. Si non unum uni, nec reliquum reliquo.
4. Parium, paria quoq; sunt iudicia.
5. Vbi eadem ratio, ibi idem quoq; jus.
6. Vbi diversitatis ratio reddi nequit, ibi diversum jus observari non debet.
7. Ut res se habeat in uno parium: ita in reliquis.

CAPUT. XI.

NONUS LOCUS.

Ab ijs quā Adiiciuntur & Detrahuntur. MAXIMAE.

1. Si aliquid alteri adiectum, facit illud quale prius

prius non erat, id prius tale fuisse consentaneum est. Flac. pag. 967.

Excipe, quā hominum instituto & opinione talia sunt.

2. Si aliquid alteri adiectum, illud magis tale facit, illud certe tale erit. t. 2.

Valent autem hæc in ijs tantum, quæ intentio-
nem recipiunt, nec convertuntur.

3. Si aliquid alicuius detractione definat esse
quale erat, videtur id quod detractum est, ta-
le esse. Flac. pag. 979,

XIII. Respiciendum ad ea, quæ se-
cundum quid dicuntur. t. 3. Nam.

1. Quod magis vel minus tale est, etiam tale erit, non contra.

2. Quod aliquando, alicubi aut aliqua parte
tale est, illud simpliciter tale erit. T. 4.

Sed hac patiuntur plurimas instantias & exem-
pla contraria.

DECIMVS LOCVS.

Ab autoritate seu testimonio.

Continens argumenta inartifi-
cialia.

1. Ab hoc loco ducuntur tantum confirmationes & confutationes, ex-
positiones & declarationes nullæ.

2. Testimonium aliud Divinum,
aliud humanum. N 4

3. Aut

3. Authoritas Divina, in ipsius omnipotentia & veritate consistit.

4. Authoritas humana, in rerum Cognitione & virtute.

MAXIMÆ.

1. In verbis valet vulgi authoritas, in sententijs Sapientum. (paucis.

2. Loquendum cum multis, Sapiendum cum

3. Quo melior, Sapientior, prudentior, dicitur aliquis autor fuerit, eo maior fides ejus dicenda est habenda.

4. Artifici in sua Arte est credendum.

5. Sutor non ultra crepidam.

6. Cum definiunt rationes, authoritate stan-

dum est.

7. Oportet Discentem Credere. Elencb. Soph.

l.1. cap. 2. T. 2.

TOPICORUM.

LIBER TERTIUS.

DE QUÆSTIONE ACCIDENTIS

Comparata.

CAPUT. I.

Loci, ex quibus probatur aliquid ali-
quo melius & optabilius esse.

Quando quaeritur, utrum altero
melius &c. & optabilius? Est
autem

autem quæstio de ijs, quæ non mani-
feste multumq; distant.

I. Videndum, utrum altero sit diu-
turnius & constantius. T. 3. Nam.

Eterna bona sunt. Temporaneis anteferen-
das.

Diuturna Subitaneis, Certa incertis. Specie
pretio non emenda.

II. Utrum eligant Leges, viri boni
& prudentes, & ex his, utrum plures
eligant & præstantiores. T. 4. Nam.

Melius est & optabilius, quod viri boni &
prudentes eligunt.

III. Utrum per se in genere boni sit?
utrum per aliud. T. 5.

Quod per se bonum est, melius est eo quod
bonum est per aliud. T. 6. 7.

IV. Utrum per se causa boni: utrum
per accidens. T. 8. Nam.

Quod est causa boni per se, præstat ej quod
est causa boni per accidens.

V. Utrum simpliciter bonum, & u-
trum Secundum quid & alicui. T. 9.

Quod simpliciter bonum est, præstat ej quod
alicui tantum.

VI. Utrum Natura bonum, t. 10. Nam.

Quod Naturâ bonum est, præstat ej quod non
naturaliter tale est.

VII. Utrum præstantiori Subjecto
inest. T. II. Nam.

Subjecta augenti minuantq; dignitatem &
existimationem Adjuncti. T. 12. & 13. (tius,

Præstantis est cuius Objectum est præstan-

VIII. Utrum finis sit, vel fini propin-
quius &c. T. 14. Nam.

Finis melior est his, quæ ad finem dirigun-
tur.

Quod fini est proprius, præstat ej quod a si-
ne remotius est. T. 15.

Melius est, cuius finis est melior. T. 16. 18 u.

Propter quod unumquodq; tale est, illud ma-
gis tale est.

Publica utilitas, Private anteferenda.

IX. Utrum possibile? Nam possibile præ-
stat impossibili. T. 17.

X. Utrum altero honestius, lauda-
bilius, pulchrius per se, Nam illud etiam
melius & optabilius est.

CAPUT. II. Plures Loci.

XI. Utrum maiora bona vel mala
consequuntur. T. 1. Nam.

Melius

Melius est quod majora bona consequun-
tur.

Quod minus mali sequitur, præstat ej quod
plus mali secum affert.

Magis expedit, quod à majori mali libe-
rat. Flac. pag. 948.

Præstant bona quibus minus mali est adjun-
ctum.

XII. Ad utriusq; numerū. t. 2. Nam.

Plura bona sunt anteferenda paucioribus.
Sed habet instantias.

XIII. Utrum cum voluptate con-
junctum, utrum non. T. 3.

Bonum jucundum, melius est eo quod: est
molestum. &c.

Quod sine molestia est, eo quod cum mole-
stia est conjunctum. T. 4.

XIV. Ad tempus. t. 5. Nam.

Vnumquodq; melius est, quo tempore ma-
gis est necessarium.

Quod semper necessarium est, præstat ej
quod aliquando. T. 6.

XV. Vtro carere possumus, cum al-
terum habemus. t. 7. Nam.

Ex duobus bonis, præstat id quod cum ha-
bemus, altero non egemus.

Quo

Quo carere possumus, cum alterum habemus, vilius est eo quod cum habemus, altero carere possumus.

XVI. Ad utriusq; generationes & corruptiones. T. 8. Nam.

Quorum corruptio magis cavenda, ea sunt magis expetenda.

Pejus est, cuius interitus est magis utilis.

XVII. Ad eorum contraria. t. 8. Nam.

Cujus contrarium est pejus, illud est melius.

XVIII. Utrum bono vel meliori propinquius & Similius. T. 9. Nam.

Quod bono est vicinus & Similius, præstat ejus quod est remotius & dissimilius. T. 10.

Quod meliori Similius est, præstat ejus quod dissimilius. Sed habet instantiam. T. 11.

Quod meliori est Simile, præstat ejus quod deteriori. Sed habet instantiam. T. 12.

XIX. Utrum magis illustre. t. 13. Nam.

Quod illustrius, etiam melius habetur.

XX. Utrum difficilius paratur. t. 14. Nam.

Quæ difficilius parantur, nobis chariora sunt his, quæ facilius parantur.

XXI. Utrum magis proprium. T. 15. Nam.

Propria bona, anteferenda Communibus.

XXII. Utrum à malis magis segregatum? T. 16. Nam.

Quod nihil incommodi affert, præstat ei quod cum incommodo est conjunctum.

XXIII. Utrius Simplex, alterius Simplici melius. T. 17. Nam.

Quando simplex alicui præstat, etiam ejus generis optimum, optimo alterius generis præstat. & vicissim.

Cujus generis optimum, melius est optimo alterius generis, illud etiam Simpliciter eo est melius. T. 18.

XXIV. Utrum communicetur vel non. T. 19. Nam.

Quæ communicare possumus cum alijs, præstant ijs quæ non.

Quæ amicis tantum communicamus, præstant ijs quæ quibuscunq;. T. 20.

XXV. Utrum necessarium sit, utrum ex abundanti. T. 21. Nam.

Quæ ex abundanti, sunt necessarijs meliora. Sed habet instantiam. (genda).

Nam necessaria melioribus sepe magis eli-

XXVI. Utrum ab alijs habere possumus. T. 22. Nam.

Quæ ab alijs habere non possumus, præstant
ijs quæ possumus.

XXVII. Utrum sine alio est bonum,
T. 23. Nam.

Quod Solitarium expetitur, præstat ejus quod
non nisi cum alijs.

XXVIII. Utrum negamus nos habe-
re, ut alterum habere videamur, Illud
hoc est deterius. T. 24.

XXIX. & XXX. videnda, in textu, 25. & 26. vidi-
antur.

CAPUT. III. Adhuc plures.

XXXI. An aliquod eorum propri-
am virtutem habeat. Illud est preferendu-
m. Et si ambo habeant, preferendum est quod ma-
jorem habet. T. 1. & 2.

XXXII. Utrum bonum efficit id
cui adest, Illud est optabilius. T. 3.

Et si ambo bonum efficiunt, præstat id qui
melius efficit.

XXXIII. Respiciendum ad Casus
& Conjugata. Usus, Actiones & op-
era. T. 5.

Si res est præstantior altera, conjugata
jus præstant Conjugatis ejusdem.

XXXIV. Utrum eorum tertio, sic
melius vel deterius. T. 6. Nam.

Quod melius est tertio, præstat ejus quod eo-
dem est deterius. (deteriore. t. 7.)

Quod est meliore melius, est etiam melius

XXXV. Utrum tertio sit magis o-
ptabile, quam reliquum. Illud etiam est
præstantius. T. 8.

XXXVI. Utrius excessus præstet
excessui alterius, Illud melius est. T. 9.

XXXVII. Utrum velit quis, per se
ipsum parare, reliquum non. T. 10.

Quod per nos ipsos parare volumus, præstat
ejus quod per alios.

XXXVIII. Utrum tertio adjectum,
faciat illud melius, reliquo ejdem ad-
jecto. T. 11.

XXXIX. Utrum à tertio detractum,
relinquat illud majus, quam si reliquum
ab eodem detrahatur, illud est minus. T. 12.

XL. An unum pet se, alterum pro-
pter gloriam appetatur. Illud præstat. Pro-
pter gloriam a. appetitur; quod nomine conscio,
non damus operam ut sit. T. 14.

XLI. An unum propter se & gloriā,
alterum propter alterutrum tantum
appetatur. Illud præstat huic. T. 15. (t. 16.)

XLII. Utrum altero honorabilius.
XLIII. Utrum

XLIII. Vtrum ad plura utile. T. 17.

XLIV. Vtrum ad æque multa utilius. T. 18.

XLV. Vtrum melioris gratia sic. T. 19.

XLVI. Vtrum tantum eligendum, alterum modo eligendum, modo fagiendum. T. 20.

CAPUT. IV.

De Simpliciter optabili.

Ex ijsdem locis probatur aliquid Simpliciter eligendum vel fugiendum, Ex quibusdam si tantum detrahiatur illa excellentia qua unum superat alterum. Nam quæ magis bona sunt, & magi eligenda, illa etiam bona sunt & eligenda. t. 1.

Ex quibusdam sine detractione. t. 2

CAPUT. V.

De Locis, generalius extendendis,

Sumendi autem sunt dicti loci magis universaliter. Sic enim ad plura erunt utiles. T. 1.

Possunt autem plurimi magis universales fieri, mutatis paucis. T. 2.

Vt Locus V.G. VI^o. Capitis primi: Quod natura bonum est, melius est eo quod non natura

LIBER TERTIUS.

209

raliter tale est: sic commutetur: Quod natura tale est, magis tale est eo quod non natura tale est. Similiter ex reliquis plures. t. 3.

CAPUT. VI.

Loci Maxime Generales.

Si problema fuerit particulare, ad eosdem locos est respiciendum. Nam quod universalem probat, etiam particularem. T. 1.

Quidam tamen loci, maxime apti & communes sunt. t. 2.

I. Opposita & coniugata. Nam.

Si quedam voluptas est bona, aliquis dolor erit malus.

Si aliquod voluptuosum est fugiendum, etiam aliqua voluptas.

II. Quæ generandi & Corrumperi vim habent. t. 3. Nam.

Si aliquid Scientiam corrumpens, est malum, Scientia erit bona.

III. Comparata & Similia. t. 4.

Cæterum problema indefinitum, uno modo refellitur, duobus autem probatur. t. 7.

Definitum bifariam evertitur. t. 8.

O

Defini-

Definitum ad unum, tribus modis
evertitur. t. 9.

Definitum ad solum, quatuor mo-
dis refellitur. t. 10.

IV. Prodest etiam Singularia respi-
cere. Nam si nulli horum, nec Particularia ali-
quid convenit.

V. Dividendum Subjectum, & vi-
dendum an cui insit. t. 12.

VI. Dividendum Attributum, & vi-
dendum an aliquid insit. t. 13.

Ad confirmandum igitur Accidens,
vel refellendum, ex hujus modi locis,
& ita arguendum est. t. 14.

T O P I C O R U M.

LIBER QUARTUS.

DE Q UÆSTIONE GENERIS.

C A P U T . I.

Loci, quibus aliquid alterius Ge-
nus esse probatur vel re-
fellitur.

Q uæstiones Generis & Proprij, ele-
menta sunt ad Quæstionem Defi-
nitio

LIBER QUARTUS

212

nitionis, de his enim separatim rarius
queritur. t. 1.

Quando autem queritur, An hoc
sit illus Genus. t. 2.

I. Videatur, an prædicetur de omni-
bus illius Syngencis. Nam.

Genus prædicatur de omnibus suis Specieb.

II. An prædicetur in Quid. t. 3.. Nam.

Genus de suis Speciebus in Quid prædice-
tur. T. 3.

III. An possit inesse & non inesse. T.
4. Nam.

Genus semper sue Specie inerit.

IV. An sit in eodem Prædicamento.
T. 5. Nam. (mento.

Genus & Species sint in eodem prædicamen-

V. An definitio ejus communicetur
Speciei. T. 6. cap. 2. T. 4. Nam.

Genus de Specie prædicatur & Nomine &
Definitione.

VI. An de omnibus dicatur quibus
posita Species. T. 7. Nam.

Quibus Species tribuitur, etiam Genus tri-
bui oportet.

VII. An posita Species alicujus speci-
ej positi

*eī positi Generis sit particeps. t. 8. Nam.
De quo dicitur Genus, de eo etiam aliqua eius Species.*

VIII. An latius pateat quam positum Genus. T. 9. Nam.

Genus semper latius patebit quam Species.

IX. An æque late pateant, deq; totidem dicatur unum ac alterum. t. 10.

X. An alicui positæ speciei Individuo non conveniat. t. 11. Nam.

Genus prædicatur de omnibus speciei suis in diuis.

CAPUT. II. Plures loci.

XI. Videndum, an posita Species habeat aliud Genus? T. 1.

Nam, Vnius speciei non possunt esse plura, Genera non Subalterna, aut non sub eodem Generi contenta.

XII. An positi Generis Genera de posita Specie prædicentur in Quid, & an ejus participentur. t. 2. Nam.

De quo prædicatur Genus, de eo etiam Generis Genus & superiora omnia, Et de quo unum in serie Generum prædicatur in quid, etiam reliqua quacunq; prædicantur, in quid præcentur.

Deniq;

Deniq;, Nullum Genus participatur definitionem Speciei.

XIII. Utrum positum Genus ejusq; Genera prædicentur in quid de Species positæ Speciei. t. 3. Nam.

Quod prædicatur de aliquo in quid, illud ejusq; Genera de omnibus que sub illo continentur, in quid prædicantur.

XIV. An definitiones Generum convenient speciei. t. 4.

XV. An positum Genus sit alicujus Differentia. T. 5. 9. 10. & cap. 5. T. 10. Nam.

Quod est unius Differentia, alterius vel ejusdem Genus esse nequit.

XVI. An posita Species, sit alicujus Differentia. t. 6. & 8. Nam.

Differentia alicujus non potest esse Species alterius vel ejusdem.

XVII. An positum Genus sit potius Species ejus, cujus Genus esse statuitur. T. 7. Nam.

Nihil est ejusdem Genus & Species.

XVIII. An aliqua positi Generis Differentia convenient Speciei.

O 3

Cui

Cui convenit Genus, ej aliqua ejus Differencia conveniet.

XIX. An posita Species sit natura prior, & secum tollat Genus. t. 12. Nam,

Genus est natura prius Specie. Sublato Generi tollitur Species.

XX. An Species sit alicubi absq; posito Genere. t. 13. Nam.

Species nunquam Separatur à Genere.

- CAPUT. III. Adhuc plures.

XXI. Videndum, an Species alicius Generis contrarij sit particeps. t. 1.

Nihil potest simul contrariorum esse particeps.

XXII. An aliquid communicetur Species, quod Generi omnino non communicetur. t. 2.

Quorum Species est particeps, ea & Generi communicantur.

XXIII. An Genus vel Species suum aūvūp̄. t. 3. Nam.

Genus de Specie predicatur oūvūp̄us; & Species debent esse univoca. cap. s. t. 4.

XXIV. An positum Genus habeat plures Species. t. 4. Nam.

Omne Genus plures habet Species. 25. An

XXV. An positum Genus sit Metaphoricum. t. 5. Nam,

Omne Genus proprium esse debet.

XXVI. An Utrumq; aliquod contrarium habeat. t. 6. Nam.

Contraria sunt sub eodem Genere, vel contrarijs. t. 7.

Si unum Contrarium non est sub aliquo Genere, nec reliquum. t. 8.

Si Genus & Species habent sua contraria, & Species cum suo contrario, habet aliquod Medium. Etiam Genus cum suo habebit & contra. Object. de malo & bono, quæ habent medium. Quorum ramen Species Sanitas & morbus non.

Si utraq; Medium habent, eodem modo habebunt. t. 10.

Extrema & Medium erunt in eodem Generi. t. 11. (t. 12.

Si Genus alicui contrarium, etiam Species. Atq; hæc ad refellendum valent.

T. 13.

Confirmantia tria sunt. t. 14.

Si unius contrarij Genus erit, etiam reliqui. Siquidem Generi nihil contrariatur. t. 15.

Si Medij Genus, etiam extremorum erit. T. 16.

Si quid est in aliquo Genere, ejus contrarium erit in contrario. t. 17.

CAPUT. IV.

Continuantur Loci.

XXVII. Respiciendum ad conjugata & casus. t. 1. Nam.

Si aliquid est Genus alterius, ejus conjugatum erit Genus conjugati ejusdem. Flac. pag. 1020.

XXVIII. Ad proportionalia. t. 2. 3. & 4. Nam.

Si, ut primum se habet ad Secundum, scilicet Tertium ad Quartum. & Secundum fuerit Genus Primi, etiam Quartum, Tertij.

XXIX. Ad eorum Habitus vel Privationes. t. 5. Nam.

Habitus & Privatio, non sunt sub eodem Genere proximo. Ergo. Si aliquid est Genus unius, non est Genus alterius.

Si utrig. sit opposita Privatio vel Habitus, & unum est in uno, oppositum erit in opposito.

XXX. Ad Contradicentia. t. 6. Nam.

Si aliquid est Genus alterius, nihil quod non sub Genere continetur, potest esse species speciei. &c.

Si quid non est sub aliquo, neque erit sub altero, quod est sub hoc, erit Species illius.

XXXI Ad

XXXI. Ad Relata. t. 4. Nam.

Si species est Relatū, etiā Genus, non contra. Genus & Species ad idem referantur. t. 8. Species & Genus, eodem modo ad aliquid referuntur. Object. t. 10.

Species & Genus cum suis Correlatis Similiter reciprocantur. t. 11.

Species & Genus ad totidem referuntur. Object. t. 12.

Relatum Generis, est Genus Relati species. t. 13. Flac. pag. 1015.

CAPUT. V. Porro.

XXXII. Videndum, an aliquod eorum sit Potentia vel Actus. t. 1. Nam.

Si Species fuerit potentia, etiam Genus. Sic de Actu & contra.

XXXIII. An aliquod eorum sit Habitus vel Potentia. t. 2. Nam.

Si Species est habitus, etiam Genus & contra. Sic de Potentia.

XXXIV. An positum Genus, sit consequens positæ Species. t. 3. (Genus.

Nam non omne Consequens alicujus, est ejus

XXXV. An sint, vel esse possint in eodem Subjecto. t. 4. Nam.

O 5

Cui

Cui inest Genus, etiam Species inerit.

XXXVI. An posita Species, tantum ex parte sit particeps dati Generis t. 5. Nam.

Genus totam essentiam suam Speciei communicabit.

XXXVII. An positum Genus, sit pars positae Speciei. Nam, Species est pars Generis. t. 6.

XXXVIII. An Species sit inter vituperanda: Nam, tunc potentia vel facultas ejus Genus esse nequit. t. 7.

XXXIX. An Species per se laudanda. Neq; enim sic potentia vel facultas ejus Genus erit. t. 8.

XL. An posita Species sit affectio positi Generis. Non enim oportet. t. 11.

XLI. An positum Genus sit subiectum positae Speciei. Non enim utrumque potest esse. t. 12.

Carur. VI. Ulterius.

XLII. An positum Genus, ullius sit Genus? t. 1. Nam.

Quod nullius est Genus, nec hujus vel illius Genus esse potest. (differentia.

Nullius a. erit, si nulla sub se continet Specie

XLIII. An positum Genus omnium rerum

rerum sit consequens, ut Ens, Unum &c. Tale enim Genus esse nequit. t. 2.

XLIV. An positum Genus, sit in Specie, tanquam in subiecto. t. 3.

Genus de Specie tanquam de Subiecto dicitur, non a. tanquam in Subiecto inest. t. 3.

XLV. An Genus habeat contrariū sed deterior vel melius. Nam si Species Specie est deterior, deterioris Genus erit Genus deterior.

XLVI. An Genus recipiat intentionem & remissionem, nec net. t. 7. t. 11.

Si Species recipit magis vel minus, etiā Genus.

XLVII. An habeatur aliquod verissimilius est esse Genus positae Speciei. T. 8. Nam.

Si id non est Genus quod aequo aut magis verisimile est esse Genus, nec hoc erit.

Si unum est Genus eorum, que aequo videntur, etiā reliquum. t. 12. (magis videtur. t. 13.

Si id quod minus videtur est Genus, etiam quod

XLVIII. An in Quid prædicatur. Sic enim debet. t. 14.

XLIX. An Genus de Specie prædictatur quia talis. sic enim debet. t. 16.

L. An Genus semper sit consequens, nec tamen reciprocetur. sic non debet. t. 17.

Non

Non contra, quod semper est consequens nec reciprocatur est Genus. t.18.

Atq; ita Genus alicujus aliquid esse vel non esse arguemus. t.19.

TOPICORUM.

LIBER QUINTUS.

DE QUÆSTIONE PROPRIJ.

CAPUT. I.

Proprium Quid & quotuplex.

Quomodo Proprium probandum, vel refellendum deinceps dicetur. t.1.

2. Est autem Proprium vel absolute tale, vel per comparationem ad aliud. T.2.

3. Per se Proprium & Semper, est quod per comparationem cum omnibus assertur, & ab omni sejungit. t.4.

4. Comparete Proprium, quod a certa tantum sejungit.

5. Semper Proprium, quod semper inest & distinguit.

6. Interdum Proprium, quod non Semper inest & distinguit.

7. Per se Propria maxime Logica sunt, & hic tractantur. t.6.

8. Quæ autem comparete talia sunt, ex locis Accidentis sunt arguenda. t.7.

CAPUT. II.

Prima Quæstio de Proprio.

Si queratur, an Proprium sit recte assignatum, nec ne? t.1.

I. Videndum, an sit notius eo cuius proprium esse dicitur. t.2. Nam,

Proprium notius sit eo, cuius est Proprium, tam Quid sit, quam Quod insit.

II. An dictum sit æquivoce, Nam proprium non sit æquivocum. t.3.

III. An id cuius proprium esse statuitur, sit æquivocum Non n. debet. t.4.

IV. An idem in Proprio sapienter petatur. t.5.

V. An in Proprio assignando, aliquod commune vocabulum positum sit. t.6.

VI. An plura sint posita in explicacione Proprij, quam quæ propria sunt, vel plura Propria. t.7.

CAPUT. III.

VII. An Subjectum Proprij, vel pars subjecti pro Proprio sit posita. T.1.

VIII. An

VIII. An positurus Proprium, usus sit opposito, vel alio quod non est notius. Sic enim erratum est. t. 2.

IX. An semper sit consequens ejus cuius proprium esse dicitur. debet enim sic esse. t. 3.

X. An quod est certo tempore Proprium, sine distinctione Proprium sit dictum. t. 4.

XI. An sensu percipiatur. Propriam non cadunt in sensu. t. 5.

XII. An quidditatem declarat. Proprium non declarat quid est. t. 6.

XIII. An cōjunctum sit cum aliquo quod declarat quid est. debet enim. t. 7.

CAPUT. IV.

Secunda Quæstio de Proprio

Si vero queratur, an aliiquid sit Proprium alterius. t. 1.

I. Videndum, an omni competat, cuius Proprium dicitur. Nam Proprium inest omni, cuius est proprium. t. 2.

II. An reciprocetur cum eo, cuius est proprium. debet enim. t. 3.

III. An Subjectum sit ejus, cuius Proprium esse debet. t. 4.

Nam

Nam. Nihil Proprium & Subjectum potest esse ejusdem.

IV. An καλὴ μέτεξιν sit. t. 5. Nam. Proprium non inest καλὴ μέτεξιν.

V. An prius vel posterius sit eo, cuius dicitur Proprium. Nam.

Proprium & ejus Species simul sunt.

VI. An eorum quæ eadem cum Specie sunt, quatenus eadem, idem etiam proprium sit. debet enim.

VII. An eorum quæ sunt ejusdem Speciei, semper idem Specie sit Proprium. debet enim. t. 8.

VIII. An competit etiam subjecti Accidenti cum subjecto Simil sumpto. debet enim. t. 9.

Πρὸς τὸν πάθος ἐνσάμενον πάθος ἀντίτετον εἴνι. t. 9. Secund. alios. cap. 5. t. 1.

Ei Qui OMNI MODO OBIJCTUS, OMNI MODO OCCURRENDUM EST.

CAPUT. V.

IX. An quod naturāliter inest, tamē semper inesse dictum sit, Nam hac discrepant, t. 1.

10. An

X. An quod per se inest, ejus proprium statuatur, cui propter aliud inest, & contra. t. 2. Nam.

PROPRIUM UNIUS EST ETIAM SÆPE
ALTERIUS.

XI. An definitum sit, quomodo possit proprium sit. t. 3. & Seq. ad. 13.

Definiri enim oportet, An natura in isti, An alicui, An Specie, An Simpliciter, An per aliud, An ut proprium, An quia habetur, An quia Communicatur, An quia est particeps.

XII. An aliquid sui ipsius proprium sit positum? ut pote, si idem sit cum eo cuius proprium statuatur, vel ejus Quidditatem explicit.

Quod reciprocatur cum aliquo, nec tamen Quidditatem significat, est Proprium. t. 13.

XIII. In ijs quæ partibus constant homogeneis, videndum, An totius & partium sit Proprium: t. 14. Nam.

Quod Totius est proprium, etiam Partibus convenit, & contra.

C A P U T . VI.

XIV. Respiciendum ad opposita, eaq; contraria, t. 1, & 2. Nam,

Si quid

Si quid alicujus est Proprium, ejus contrarium contrarij Proprium erit. & contra.

Si contrarij contrarium non est, nec hoc illius.

Vel Relata. Nam, quando aliquid alterius est proprium, ejus Relatum Relati ejusdem Proprium erit. & contra.

Si non relatum relati proprium, nec hoc illius. t. 3. & 4.

Vel Privantia. Nam, Si quid alicujus est proprium, ejus Privatio Privationis erit proprium. & contra. t. 5. & 6.

Vel Contradicentia. Nam, si Affirmatio est propria Affirmationis, etiam Negatio Negationis. & vicissim, & contra. t. 7. 8. 9.

XV. Ad Subjecta. t. 10. & 11. Nam.

Si Proprium datum, est Affirmationis, non erit Negationis. & contra.

Et si non est Affirmationis, utiq; Negationis erit. & contra. Sed fallit sepe.

XVI. Ad Condividentia. Nam. Si condividentium aliquid alicui proprium est, reliquum reliqui proprium erit. & contra. Exempla in textu. t. 12. & 13.

C A P U T . VII.

XVII. Ad Conjugata & Casus. T. 1. & 2. Nam.

P

Conju-

Conjugatorum Propria sunt conjugata.
Oppositorum propria, sunt eorum casus Op-
positi. t. 3. 4. 5.

XVIII. Ad paria proportionalia.
T. 6. 7. 8. & 9. Nam.

Si ut Primum se habet ad Secundum, sic
Tertium ad Quartum, & Primum fuerit Pro-
prium Secundi, etiam Tertium Quarti. &
vicissim, & contra.

XIX. Ad generantia & corrumpen-
tia. t. 10. Nam.

Si quid est Proprium alicujus, genera-
tio & corruptio ejus, erunt propria generationis &
corruptionis ejusdem, & contra, & vicissim.

CAPUT. VIII.

XX. Ad Comparata. t. 1. & 2. Nam.

Si quod magis est, ejus quod magis est Pro-
prium est; Id quod minus est, ejus quod minus
est proprium erit. &c. & deniq; quod simpliciter
erit, ejus quod simpliciter proprium erit.
& contra.

Et, si quod simpliciter est, ejus quod est sim-
pliciter proprium est; etiam quod magis est,
ejus quod magis est proprium erit, & Contra.
t. 3. & 4.

Si id quod est minus, ejus quod minus est

proprium est, id quod magis est, proprium ejus
quod magis est, erit. t. 6. & 7.

Si ejus non est proprium, cuius magis esse
debebat, nec ejus erit cuius minus esse vide-
tur. t. 8. & 9.

Si id quod minus est proprium alicui, ejus
proprium est; etiam illud quod magis esse vi-
deatur. t. 10. & 11.

XXI. Ad Paria. t. 12. & 13. &c. Nam.

Si unum illorum qua æque propria esse vi-
dentur proprium est; etiam reliqua, & con-
tra.

CAPUT. IX. Alijs. X.

XXII. An Proprium dūvapis sit? t. 1.
& 2. Nam.

Si proprium potestas est, ita definiatur, ut
manente eo cuius est proprium, semper illa po-
testas ad sit, alijs quibuscumq; sublati. & con-
tra.

XXIII. An in Comparativo vel su-
perlativo gradu datum sit. Nam ita
vitisse datum. sublati enim subjecto, idem pro-
prium erit illis, de quibus prius positivus vel
comparativus dicebantur. t. 3. & 4.

Quid de Definitione queratur,
& unde argumenta perantur.

DE Definitione quinq; queri possunt.

1. An vera sit de omni Definitio. t. 1.

2. An Genus sit recte assignatum.

3. An soli Definito conveniat, *hoc est*,
an ejus propriu sit.

4. An quidditatem rej explicitet.

5. An recte & legitime sit constituta.

2. Ad primum quod attinet, ex locis
Accidentis est perquirendum. t. 2.

3. Secundum & tertium, ex locis Ge-
neris & Proprij. t. 3.

4. De Quarto v. & Quinto restat ut
disquiramus. t. 4.

5. Et primo quidem de Quinto, an
recte & legitime sit definitum. t. 5.

6. Hujus autem questionis duas sunt
partes, videlicet, an Definitio sit ob-
scura, vel redundans. Quæ vicissim
Subdividuntur. t. 6. & 7.

CAPUT. II.

An Definitio sit obscura.

Quando

Quando queritur, An Definitio sit
obscura? videndum.

I. An aliquod vocabulum in Defi-
nitione sit *opacum*, vel ipsum Defini-
tum sit *opacum*. t. 1. & 2.

II. An Definitio sit Metaphorica.
Quicquid enim per translationem dicitur, est
obcurum. t. 4.

III. An aliquod vocabulum in De-
finitione sit inusitatum, aut alio mo-
do improprium. t. 5. & 6.

IV. An ex data Definitione, rej con-
trariæ Definitione appareat. *debet n. t. 7.*

V. An appareat per se, cuius rej sit
definitio? t. 8.

CAPUT. III.

An Definitio redundet.

Quando queritur, An aliiquid in
Definitione redundet?

I. Videndum, an aliiquid adhibitum
sit, quod omnibus inest, puta Tran-
scendens aliquod, vel aliud, *id est super-*
fluum. t. 1.

II. An aliquo detracto, reliqua per-
spicue declarent Quid res est, illud or-
mine est *superfluum*. t. 2.

P 3

III. An

III. An aliiquid in Definitione, omni Definito non conveniat. t. 3.

IV. An idem Sæpe dictum sit, sive implicite sive explicite. t. 4.

V. An universali, aliiquid ejus particolare sit additum. quod non convenit. t. 5.

CAPUT. IV.

An Quid sic declaretur.

Quando queritur, an quidditas rei sit declarata, quod quartum fuit qualitatem, videndum est. t. 1.

I. An per Notiora & priora data sit definitio? Et quidem Natura notioria, t. 2. & 3.

Debet enim Definitio Scientiam parere, ergo a notioribus sit, non a Nobis notioribus, sed Naturâ. aliud enim huic, aliud alteri notius. Cum tamen propter unitatem essentie cuiusque, plures ejusdem Definitiones essentiales dari nequeant. t. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

Definitionem autem non esse ex notioribus, tripliciter contingit. t. 12.

I. Si ex opposito oppositum definiatur. Quia simul sunt natura. Excipe Relata quae se mutuo definiunt. t. 13.

2. Si in Definitione adhibeatur definitum obscurum vel aperte. t. 14.

3. Si definitio fiat per oppositam Speciem, vel Differentiam in eadem divisione. Sunt enim Simil naturâ opposita, vel Species vel Differentiae. t. 15.

Adde, Si superius per inferiora definiatur t. 16. & 17.

CAPUT. V.

II. An si Genus habeatur, in definitione sit omissum? t. 1.

III. An Definitio ad omnia quadret quæ sub-definito sunt: t. 2.

IV. An si Definitum ad plura pertineat, Definitio ad præstantiora sit applicata. Sic enim debet. t. 3.

V. An recte Genus sit assignatum, ex locis de Genere. t. 4.

VI. An proximum Genus sit assignatum. Nam si proximum haberi nequit, omnes Differentiae addi debent, quæ hoc & definitum intercedunt, ut licet non nomine, tamen Re proximum habeatur. t. 5.

CAPUT. VI.

An Differentia sit recte assignata?

VII. An Differentia sit recte assignata?

Quod apparebit, si videatur.

1. An sint propriæ illius Generis Differentiæ? vel forte, an ullius sint Differentiæ. t.1.

2. An habeat aliquam Differentiam oppositam. t.2.

3. An, si habeat Oppositam, ambæ vere dicantur de Genere? t.3.

4. Et si hoc, an quælibet Generi junccta certam Speciem constituant? t.4.

5. An Differentia sit Negativa, operat enim Affirmativam esse. t.5.

Excipe, si privationis sit Definitio, ejus enim differentia Negativa sit. t.7.

Vel Differentia Affirmata haberi nequeat, tunc enim Negata ejus vicem subeat.

6. An loco Differentiæ, Speciem, collocavit? t.9.

7. An Genus loco Differentiæ possum sit? t.10.

8. An significat Quale quid. Omnis enim Differentia significat Quale quid. t.11.

9. An Differentia sit per accidens. Nulla enim Differentia per accidens est. t.12.

Quia fieri nequit ut Differentia insit, non insit, ut Accidens.

IO. An.

10. An Differentia sit, vel Species, vel aliquid sub Specie respectu definiti. Non enim debet. t.13.

11. An Genus de Differentia prædicari possit? Non enim debet. t.14.

12. An Species vel aliquid sub Specie de Differentia prædicari possit? Non enim debet. t.15.

13. An sit prior Definito. Oportet enim Differentiam priorem esse Specie. T.16.

14. An sit Differentia alterius Generis. Non enim duorum esse potest, vel non sub alteriorum, vel qua ambo sub eodem non continentur. t.17.18. & 19.

15. An locus rej pro Differentia sit positus. Non enim debet. t.20.

16. An Affectio pro Differentia sit collata. Nam haec non variatur secundum magis & minus, illa vero maxime. t.22.

17. An Relati Differentia sit relata. sic enim debet. t.23.

SCIENTIA DIVIDITUR IN ACTIVAM, EFFECTIVAM, ET CONTEMPLATIVAM. T.23.

VIII. An Relatum retulerit ad id, quo natura refertur? t.24.

P 5

IX. An primum Subjectum sit assignatum. t. 25.

X. An Affection ex proprio subjecto sit definita. Sic enim convenit. Nec sufficit in definitione Affectionis causam adhibuisse. t. 26. & 27.

XI. An aliquid in Definitione collocatum, omni tempore definito non conveniat, debebat enim. t. 28.

CAPUT. VII.

XII. An Definitum alia ratione inclusus explicetur quam datâ. t. 1.

XIII. An Definitum & Definitio recipiant intentionem & remissionem. t. 2. Nam.

Si Definitio recipit magis & minus, etiam Definitum. & contra.

XIV. An Si recipiant intentionem, &c. id simul faciant? oportet enim. t. 3.

XV. An Definitio magis de eadem redicatur, de qua magis dicitur Definitum, & viceversa. t. 4.

XVI. An ijsdem Definitio & Definitum æquè competant. t. 5.

XVII. An Definitio ad duo, sit ac-

comodata Secundum utrumq; Sic enim male, sequitur enim contradic̄tio. t. 6.

XVIII. Loco vocabulorum in definitione ponantur eorum Definitiones, & videatur num aliquid à re discrepent, t. 7.

CAPUT. VIII.

Loci particulares.

XIX. An si Definitum vel ejus Genius RELATUM sit, omittatur id, ad quod refertur. t. 1.

XX. An Finis omissus sit, ubi adesse debebat, vel generatio & actus ad finem tendens pro fine sit positus. t. 3.

XXI. An Differentia quædam à circumstantijs necessaria sit omissa. t. 4.

XXII. In definiendo APPETITUS, an pro apparente bono & jucundo, bonum & jucundum sit positum. t. 5. & 6.

CAPUT. IX.

XXIII. In definitione HABITUS, mentio fiat ejus quod habetur, & in hujus definitione illius mentio quoque facienda. T. 1.

XXIV. In Definitione RELATORUM videndum, an sicut Species, ita & Genus sit relatum, & ut hoc, etiam illa.
T.2.

XXV. OPPONENTORUM oppositæ sunt Definitiones, t.3. & 4.

XXVI. PRIVATIO per Habitum definiatur, non contra. t.5.

Nam si hoc; definitum in definitione abberetur. t.6.

XXVII. An Definitio sit per contrarium. Non enim convenit, cum simul sint. t.7.

XXVIII. In definitione PRIVATONIS mentio fiat ejus, cuius est privatio, & subjecti primi, in quo habitus esse debebat. t.8.

XXIX. An NEGATIO definita sit ut Privatio, quod fieri non debet. t.9.

CAPUT. X.

XXX. An conjugatis Definiti, conjugata Definitionis convenient. t.1.

XXXI. An data Definitio ideae convenient. t.2.

XXXII. An homonymorum communis tradita sit definitio. t.3. vel.

Syn-

Synonymorum communis quidem, sed quæ omnibus non convenit. t.4
s.6.7.8.

CAPUT. XI.

De Complexorum Definitionibus.

XXXIII. In definitione complexorum, an detractâ alicujus partis definitione, reliqua reliqua respondet?
T.1.

XXXIV. Complexorum definitiones non sint ἴστιν λατι, hoc est, ut totidem membris constet Definitio, quot Definitum. Ratio in textu. t.2.

XXXV. Nec ignotiora pro notioribus in definitione assumantur, vel ea quæ per omnia non quadrant. t.3.

CAPUT. XII.

XXXVI. Speciei definitio, non sit alijs extra illam Speciem communis
T.1.

XXXVII. An quod Est, definitum sit per Non Ens t.2.

XXXVIII. An in definitione Relati, distincte posicium sit proprium Correlatum.

39. An

XXXIX. An cum simpliciter definiendum esset, definitum sit tantum q̄ integrum est & perfectum in eo generare. t.6.

XL. An quod per se eligendum est, definitum sit, propter aliud quasi eligendum. t.7.8. & 9.

Car. XIII.

XLI. An quis definiturus, dixerit esse hæc vel ex his. vel hoc cum illo. t.1. *Nam.*

Si dixerit esse Hæc, accidit ut definitum his & neutri horum competit. t.2.

*Deinde accidet contraria ejdem inesse. t.3.
Tertio, idem erit Totum & Partes. Quia omnia absurdum. t.4.5.*

Sin dixerit definitum esse, quod ex his constat, videndum. t.6.

1. *An hæc ita sint affecta, ut unum ex illis fieri possit. t.7.*

2. *An sicut Totum Definitum, Sic pars in uno Subjecto primo possint inesse. Nam in quo partes sunt, in eodem Totum erit. & t.9.*

3. *Si hoc, an in eodem Partes & Totum. t.8.*

4. *An simul cum Toto intereant Partes. t.9.*

Nam his interemptis, illud interire aportet. Non contra. t.9.

5. *An Totum sit Bonum vel Malum, partes neutrum, vel contra. t.10.*

6. *An alterum magis Bonum, quam alterum Malum, Definitum vero non magis Bonum quam Malum. t.11.12.*

7. *An una pars sit melior, altera deterior, Totum autem non sit meliore deterius & dete- riore melius. t.13.14.*

8. *An Totum sit alteri parti Synonimum. non enim debet. t.15.*

9. *An omiserit modum compositionis, qui exprimendus. t.16.*

Si deniq; dixerit Definitum, esse hoc cum illo. dicit unum ex prioribus, vi- delicet, vel esse hæc, vel ex his constare. & vi- deatur. t.17.

1. *An aliquo modo hoc cum illo sit, videli- cet vel in eodem Subjecto, vel in eodem loco, vel tempore. t.18. (altero.*

Nam si nullo horum erit, nec erit unum cum

2. *An utrumq; ad legitimum objectum & finem semper tendat. Nam si aliquando ad alium, & legitimus non sit expressus, vitiouse definitum est. t.19.*

Nonnulla tamen Secundum nullum dictorum modorum, unum cum altero sunt. t. 20.

CAPUT. XIV.

XLII. Si definiens dixerit compositionem esse, dicat etiam qualis sic compositio. Nam non quævis compositio eorundem idem facit. Quamvis compositum per compositionem non recte definitur. t. 1.

XLIII. Si definito duo contraria apta sint inesse, per aptitudinem ad unum imperfecte definitur. t. 2.

XLIV. Si tota Definitio evertine queat, pars evertatur, & tota erit. versa. t. 3.

XLV. Quæ in Definitione sunt obscura, manifestioribꝫ restituantur. t. 4.

XLVI. An alia melior Definitione periatur, qua probata, evertitur posita. t. 5.

XLVII. Deniq; ad aliam Definitionem Similis rej perfectam, quasi ad exemplar exploretur. t. 6. & 7.

Atq; hæc de Definitione.

OS(O)SC



LIBER SEPTIMUS.

DE QUÆSTIONE EIUSDEM ET DIVERSI.

CAPUT. I.

An data sint idem vel diversa, unde probandum.

Quando queritur, an data sint idem numero, an diversa? de qua. Flac. l. 4. Dial. cap. 19.

1. Respiciendum ad conjugata & casus. t. 2. Nam.

Si duo sunt idem, eorum conjugata & casus idem erunt. & contra.

2. Ad opposita. Nam, *Si duo sunt idem, iudicem habebunt Opposita.*

3. Ad Generantia & corruptentia, ortus & interitus, t. 3. Nam.

Quæ simpliciter sunt eadem, eorum ortus & interitus idem.

Similiter corruptentia & producentia.

4. An ambo secundum idem in Superlativo gradu dicantur? t. 4. 5. Nam.

Si ambo secundum idem maxima vel minima sunt, eadem erunt. & contra.

5. An sunt unitertio eadem, Nam, quæ sic, inter se sunt eadem. t. 6.

6. Ad ea quibus accidentunt, & quæ illis accidentunt, t. 7. & 15. Nam.

Si Simpliciter sunt eadem, ijsdem accidentunt, & eadem illis.

7. An sint in eadem Categoria. Oportet enim, eodemq; Genere, t. 8. 9.

8. An easdem habeant Differentias?

T. 10.

9. An unum recipiat magis vel minus, alterum Non. t. 11.

10. An vtrumq; ejdem adjectum, faciat idem totum, t. 12.

11. An eodem ab urroq; detracto, idem sint, quæ remanent, t. 13.

12. An posito quod idem sint, sequatur aliquid absurdum, t. 14.

13. Anne alio modo sint idem, quam Numero? Nam, quæ Genere vel Specie sunt eadem, non statim necesse est Numero eadem esse. t. 16.

14. An alterum sine altero possit esse, t. 17.

CAPUT. II.

Ex ijsdem De Definitione Differere licet.

Ex his ijsdem locis Definitionem quoq; refellere licet, t. 1. Nam.

SI 10.

Si ostendatur per nomen & definitionem, non idem significari, data definitio non erit.

Sed ad probandum Definitionem non sufficit, si idem denotare probatum fuerit, t. 2.

CAPUT. III.

Eciamsi vero Definitio ut plurimum pro Principio sumatur, tamen cum etiam Syllogismo interdum probari soleat, videndum quomodo id fiat. Quam ad rem considerentur, t. 1. & 2. 3.

1. OPPOSITA Nam, si Oppositi opposita est definitio, etiam data dati erit. t. 4. 5.

2. PARTES DEFINITIONIS, & primo Genius. Nam si contrarium est in contrario Generi, & datum non est in eodem, erit in dato, hoc est in altero contrario. t. 6.

Tum DIFFERENTIA. Nam eorum quæ sub eodem Genere continentur,

Contrariorum contraria sunt Differentiae, t. 7. Eorum a. quæ sub contrariis Generibus, t. 8.

Contrariorum eadem possunt esse Differentiae, t. 9.

3. CONIUGATA & casus. Nam si quid est Definitionis alterius, conjugata definitionis erunt definitiones conjugatorum definiti. t. 10.

Q. 2

Ad

4. Ad proportionalia. t.11. Nam,
Si proportionalium primum est definitio Se-
cundi, etiam tertium Quarti.

5. Ad comparata. t.12. Nam.

Si quod minus videtur esse Definitio alicu-
jus, est, etiam quod magis videtur erit. &

Si earum que aequae videntur, una est unius
etiam altera alterius.

Vna autem duarum, aut dua unius rei De-
finitiones esse nequeunt. t.13.

CAPUT. IV.

Qui Loci maxime communes.

Non sunt autem omnes Loci aequae commu-
nes & efficaces, sed maxime qui nunc dicti sun-
tum loco a conjugatis & nonnullis alijs qui ad
plurima problemata sunt idonei.

CAPUT. V.

Quæ Problemata facilis vel Dif- ficilis adstruuntur vel de- struuntur.

1. Præterea non ignorandum, facilis ad-
struit Definitionem, quam adstruit. t.1.

2. Nam una parte destructa, destruitur,
probata vero non probatur. t.2.

3. Deinde destruitur particulari etiam Syl-
logismo, adstruitur tantum universalis. t.3.

4. Deniq;

4. Deniq; si adstruatur probandum soli con-
venire. t.4.

5. Sic facilis Proprium & Genus destruun-
tur, quam adstruuntur.

6. Proprium, quia plura requiruntur ut sit
proprium, quorum uno desiderato, non est. Tum
quia ea fere ad Proprium que ad Definitionem
requiruntur. t.6. & 7.

7. Genus autem quia confirmatur uno tan-
tum modo, refellitur duobus. t.8. 9.

8. Accidentis Universalis eadem est ratio,
Particularis diversa. t.10.

9. Hoc enim facilis adstruitur, quam refel-
litur. t.11.

10. Ex quibus patet, facilime Definitionem
everti, cum multa requirat, tum quia ex locis
reliquorum problematum everti potest, non
illa ex hujus. t.12. & 13.

11. Difficilime autem confirmari. t.14.

12. Dehinc Proprium. t.15.

13. Deniq; Accidens. T.16.

14. Contra Accidens difficilime everti. &
sic consequenter. t.17.

Atq; hi sunt Loci Topici. t.18.

(O) 800

Q. 3

DE OFFICIO OPPONENTIS ET RESPONDENTIS ALTERO.

CAPUT. I.

De officio opponentis.

Officium Opponentis duplex est, INVENIRE s₃. & DISPONERE, seu inventa proponere. t.1.

2. Inveniet ex locis traditis. Quo modo autem proponat nunc dicendum. Ad quod Sciendum.

3. Inventas propositiones vel esse necessarias, ex quibus v₃. propositum immediate & manifeste arguitur & vel præter has alias, ex quibus s₃ necessariæ confirmantur, cujusmodi sunt Inductivæ, Amplificatoriæ, Explicatoriæ, Crypticæ.

In proponendo & Disponendo officium opponentis.

I. Primarium est: propositum occultare. t.5. Quod sit

1. Si non statim concludat, sed prius concessa audiatur, quæ ad conclusionem sunt necessaria.

2. Si non interroget de necessarijs, sed de remo-

remotis quæ has tantum confirmant. t.9.

3. Interdum etiam de Conjugatis, Interdum Similibus. t.12. & 15.

4. Et de his sic interroget, quasi non propter id de quo agitur, id faciat. t.13.

5. Si det operam ut incertum sit, quæ contradictionis parte uti velit. t.14.

II. Dissimulare se rem studiose agere, ut incautius respondeatur. t.18.

III. Inferere quæ ad rem non faciunt, & alia ejusmodi. t.23.

CAPUT. II.

IV. Præterea inter doctos uti Syllogismo, ad vulgus inductione. t.1.

V. Ad hæc, si universale non concedatur, petere instantiam, & quidem exemplo à præsentibus alio. t.2.3.4. Et.

Si ex homonymis instantia datur, regerere quod sit ὄμωνυμα. t.5.

Sin ex Synonimis, concessa instantiam petere ut in reliquis universaliter valeat. t.6.

Si instantia non datur, urgere ut saltēm valeat In ijs quæ manifeste se aliter non habent.

T.7.

Q.4

Non

VI. Non uti deductione ad impossibile, nisi aliquid manifeste falsum à Respondente defendatur. t. 8.

VII. Non petere ut conclusio concedatur. t. 10.

Interrogatio autem Dialectica est, ad quam Respondetur, ita vel Non t. 11.

VIII. Non sāpe idem aut multa interrogare. t. 12.

CAPUT. III.

IX. Scire quā difficilius probantur, vel refutentur. t. 7.

1. Difficile autem & probantur & refutantur, cum Principia, tum quā ab his sunt remotissima. illa enim Definitione tantum explicantur, hæc autem multis opus habent Medijs, atque ad Principia reducantur t. 1.

2. Nec multo facilis ea quæ Principijs sunt vicinissima, cum ad ea non multa reperiantur argumenta. t. 2.

3. Obscuræ quoq; & ambiguae Definitiones difficile refelluntur, priusquam intelligatur quomodo eas Respondens intelligit. t. 3.

4. Omnino autem quodcumq; problema difficulter impugnatur, indigit Definitione, positis autem Definitionibus, facilis probantur & refutantur, omnia t. 4. Q. 6.

Cap. 4.

CAPUT. IV.

De officio Respondentis.

Ut Opponentis erat dare operam, ut Respondens aliquid maxime incredibile statuat, ex iis quæ propter Thesis sunt necessaria: Sic Respondentis providere ne id sua culpa fiat. t. 2. & 3.

CAPUT. V.

1. Ad hoc autem opus est, ut teneat quæ opponenti concedenda sunt, quæ non: quod optime Constatib; cognita natura Theseos quam defendet, & propositionum. Nam.

2. Si Thesis fuerit probabilis, conclusio opponētis erit ὡραῖός. Itaq; præmissæ tantum concedendæ, quæ thesi sunt minus ὡραῖοι. t. 6.

3. Si Thesis ὡραῖός, conclusio opposita erit probabilis, & ex probabilitib; ac notiorib; similiter procedat. t. 5.

4. Si Thesis fuerit alterius opinio, videat nequid concedat contrarium opinionibus ejusdem, unde Thesis extorta est, etiamsi ipse sic non sentiat. t. 10.

Q. 5

Cap. 6.

1. Si opponens de aliqua propositione interrogat, illa vel ad presentem Thesin spectat vel non, & utroq; modo vel ādōzō vel ādōzō est.

2. Si ad Thesin spectat, & probabilitis fuerit; dicendum, probabile est.

3. Si improbabilis: dicendum, potest esse, sed illud tamen statuere non possumus, propter hoc vel illud quod sequitur.

4. Si nihil ad Thesin, rejiciatur, ne fiat digressio a scopo.

1. Si interrogatio fuerit obscura aut æquivoca:

2. Ad obscuram dicendum, Non intelligo.

3. Æquivoca distinguenda est. Et si tota vera vel falsa, tota concedenda vel neganda est. Sin pars vera, pars falsa, de hac negandum, de illa concedendum erit.

4. Si concesserit Respondens aliquid, de alio intelligens, ac Opponens

nens subsumit; dicat se non de hoc, sed de aliis intellexisse.

Ad inductionem vel propositionem universalem respondeatur per instantiam.

Si præviderit unde Opponens illaturus est, præveniat contrarijs rationibus.

Cavebit etiam Respondens, ne quid ādōzō defendat, unde aliquid absurdum sequitur.

Quando fallum infert opponens, non solum negabit consequentiam, sed etiam causam falsitatis eamq; primam ostendat, t.1. & 2.

Deniq; si potest, impediat Argumentationes Opponentis. Quod fit.

1. Si concessa interrogatione, detur instantia, quo minus tamen sequatur concludendum. T.s.

2. Data instantia ad interrogationem. t.6.

3. Si dicatur, eam esse huj^o materiae amplitudinē, ut prolixa indigeat explicationē, quod in p[re]s-

præsentia fieri nequit. Cum neq; presentis sit
instituti, nec temporis angustia id patiatur. t.7,

CAPUT. XI.

1. Cumq; dupliciter possit repræ-
hendi Disputatio, vel quod rationes
non valent, vel quia disputantes non
legitime procedunt, videbit utrum fi-
at, ut repræhendatur quod repræhen-
sione dignum est.

2. Repræhendatur autem Respon-
dens.

Vel quando concedenda non vult conced.
res. t.4. (negat.)

Vel quando ea que prius concesserat postea

Vel deniq; si ad interrogata non responderet.

3. Opponens autem quando contentiose
argumentatur. vel non contra Thesin.

Vel pluribus agit, quando paucioribus id
facere posset.

4. Argumentatio autem multis mo-
dis repræhensionem meretur. t.6

1. Quando ex concessis nihil contra Thesin
infertur. t.7.

Vel ex falsis & improbabilibus procedit,
vel ex ejusmodi, ut neg. quibusdam detractis,
neg. quibusdam additis aliquid infert. 2. Si

2. Si non contra Thesin valet.

3. Deniq; si ex minus probabilibus, & pro-
batu difficulterioribus constat, quam est ipsa con-
clusio.

CAPUT. XII.

De argumentationum Diver-
sitate.

1. Porro, argumentatio interdum
perspicua est, interdum obscura & fal-
sa.

2. Perspicua.

1. Quando ita concludit, ut non opus sit de
a interrogare. t.1.

2. Quando qua sumpta sunt, sufficiunt ad
concludendum. t.2.

3. Si quid deest, id ita planum est, ut de eo
neuter disputantium dubitet. t.3.

3. Falsa autem est. 1. Quando videtur
concludere & non concludit t.4.

2. Quando concludit quidem, sed non con-
tra Thesin. t.5.

3. Quando non concludit ex principijs illius
Scientia cuius est Thesis. t.6.

4. Quando ex falsis concludit. t.7.

5. Quare videndum prime, an argumen-
tatio concludat, Secundo, an vera vel falsa
concludat, Deniq; ex veris ne an falsis premis-
sis. t.8.

Cap.

Ad hæc, Argumentum est vitiosum, si petat principium, vel contrarium principium petit. Quing modis. t. 1.

1. Si aperte concedi petit, quod probandum est. t. 3.

2. Si petit concedi universalem probaturum particularem. t. 4.

3. Probaturum universalem petit in parte. T. 5.

4. Probaturum de toto, de partibus scilicet petit. t. 6.

5. Probaturum convergenter, conversam petit, vel aliam necessario Antecedentem. t. 7.

Contrarium petitur totidem modis, qui ex textu petantur. t. 8.

CAPUT. XIV.

Præceptis usum oportet
adjungere.

1. Oportet deniq; hæc præcepta exercere. & imprimis assuefacere nos, ut possimus argumenta convertere. hoc est, transsumpta conclusione, cum reliquis interrogationibus, aliquid reverttere eorum que data sunt. t. 1.

2. Ad omnem etiam Thesis, argumenta in

utramq; partem colligere, eorumq; solutiones meditari. t. 2.

3. Bono ingenio præditum esse. t. 3.

4. De questionibus que s̄aepē disputari solent, argumenta probe tenere. t. 4.

5. Definitiones plurimas & principia memoria mandare. t. 6.

6. Ac propositiones communes potius quam Syllogismos retinere. t. 9.

7. Assuefacere nos ex una argumentatione plures deducere. t. 10.

8. Ex rationum commentariis particularib; universales facere. t. 11.

9. Apud juniores inductionibus sc̄ip̄tis, apud peritos Syllogismis uti. t. 12.

10. Ut autem utilitatem aliquam ex disputationibus reportemus, danda opera ut ex singulis retineamus, vel Syllogismum, vel instantiam, vel propositionem, vel Solutionem. t. 15.

11. Deinde observemus, an se recte gesserint disputationes, ut cum nos vel opponamus vel respondemus. Et vitare possimus, que in illis reprehendimus.

12. Non est autem cum quovis disputandum, multi n. contentiose & confuse disputant. unde

malū

malus disputandi habitus facile contrahitur.

13. Neq; negligamus in promptu habere argumenta adversus illa problemata, contra qua patrica argumenta suppetunt, ad alia tamen defendenda vel refellenda maxime conducunt
t. 17

APPENDIX.

Priusquam ad Elenchos Sophisticos accedamus, adhuc quedam notanda sunt.

I. Quomodo intelligendæ sint Maximiæ Topicæ, ut veræ semper reperiatur, quod hoc modo sit.

1. Una quaq; Maxima per se intelligenda est. hoc est, quatenus aliquid esse dicit, eam non intelligatur, nullo habito ad alia respectu.

2. Ceteris paribus intelligentur, hoc est. si reliqua, quorum non fit mentio in dicta Maxima, nullam habeant discripaniam. Ut, contraria, contrariorum sunt consequentia, virtus & peccatum sunt contraria; Ergo si peccatum condonat, virtus justificat. Sed Resp. ceteris paribus.

II. Quomodo exploranda earum veritas. Quid sic fieri.

Si Probabilis propositio vera non vidatur, recurrentum est ad Inductionem, & videtur

dum an aliquod contrarium reperiatur exemplum.

Ut, Qualis causa, talis effectus, at vinum bonum est, Ebrietas mala.

III. Usus Horum Omnium. Cum in Thematris confirmatione, cum Refutatione.

In Confirmatione Thematris hic esto.

I. Servetur ordo locorum in Secundo lib. traditus quoad fieri potest. Ita tamen ut firmissima argumenta in principio fineq; ponantur. Leviora medium locum teneant, videlicet.

Primo notetur, si que est ambiguitas vocabuli seu nominis, rej de qua nobis est agendum. Deinde Definiendum, tum dividendum, & singula explicanda & confirmanda sunt, prout res ipsa requirit.

II. Questionum ordo sit. 1. Quaratur, An sit. 2. Quid. 3. Quale. 4. Cur tale. ita quodcunq; Thema sufficienter endebimus.

In refutatione autem unus horum servetur.

1. Vel enim primo nostram sententiam explicamus & confirmamus. Deinde ex iisdem argumentis & fundamentis contrarias opinio-

nes refutamus, & quid veri, quantumq; in se unaquaq; continet, ostendimus.

2. Vel primo falsas opiniones evoluimus, postea veram sententiam substituimus.

3. Vel etiam primo pro utraq; parte argu-
menta adducimus, tum veritatem declaramus
& confirmamus, & deniq; contrarias rationes
solvimus.

Atq; tantum de Syllogismo, vel
Materia Syllogismi Probabili.

LOGICÆ. LIBER OCTAVUS.

De

SYLLOGISMO SOPHI-
STICO.

DE ELENCHIS SOPHISTICIS

LIBER PRIMUS.

Caput. I.

De Definitione Falsi & Ignor-
antiae.

Tandem quod hujus operis po-
stremum est, De Materia Falsa
& captiosa non nihil dicendum,
non ut eā ad alios decipiendos uta-
mur: Sed ut aliorum Strophis & cavil-
lati-

lationibus obviam ire, eosdem deter-
gere & refellere queamus.

2. Falsum, hoc loco, est quod cur sit
vera ratio non datur. Unde evenit ut
causis apparentibus allatis, ignoran-
tia & Deceptione oriatur.

3. Ignorantia duplex est. ut 1. Anal. Post.
t.16. &c. dictum est, videlicet. Negationis &
pravæ Dispositionis. Hæc iterum Sim-
plex est, vel paralogismo acquisita. Illa
cum quis Simpliciter existimat rem
aliter se habere quam habet. Hæc cum
quis vitiosa ratioeinatione adductus
est, ut aliter statuat quam res est.

4. Ut enim in alijs rebus omnibus quedam
id quod apparent, revera sunt, quadam tan-
tummodo videntur. Ut quidam Natura formosi,
quidam suæ formam sibi ementiuntur. Quoddam
aurum bonum, quoddam aurichalcum vel auri-
pigmentum: Eodem modo Syllogismus & Elen-
chus quandoq; bonus & Legitimus, quandoq;
tantum τῷ γλόγῳ μέρει affertur. t.2.

5. Paralogismi ut plurimum ex vo-
cabulis oriuntur. cum enim Res ipsas
in Disputationem adducere nequea-
mus, vocabulis quæ Rebus longe sunt

pauciora, & propterea s^ep^e multa Si-
gnificant, uti cogimur; facile accidit
ut in alia atq[;] alia significatione usur-
pentur. Unde apud eos qui eorum vim
ignorant, Sophisma & error facile exi-
st^t. t. 5.

6. Insuper multi sunt, qui magis vi-
deri Sapientes, quam esse volunt, quos
Sophistas vocamus. Qui ex Sapientia
lucrum captant, quorum ē re est po-
tius videri Sapientis officium facere,
quam re ipsa præstare. t. 6.

7. Est autem in re quaq[;], Scientis offi-
cium, nec mentiri ipsum quæ novio,
& posse etiam Mentientem patefa-
cere, quorum illud in Rationibus af-
ferendis, hoc in assumendis perspici-
tur.

Caput. II.

Argumentationum Genera.

Rationes seu Argumentationes sunt quatvor
generum. Didascalicum, quod ex Proprijs con-
stat principijs. Dialecticum ex probabilitibus,
Tentativum ex ijs, que Respondenti videntur.
Et Litigiosum ex ijs que probabilia tantum
videntur. t. 2.

Cap. 3.

Fines Sophistarum.

1. Ne itaq[;] Syllogismū Apparentem,
& Sophisticum, pro vero & Legitimo
recipiamus, atq[;] ita decipiatur & in-
prænominatam ignorantiam incida-
mus, ante omnia fines Sophistarum,
ad quos collimare solent, cognitos
habere oportet, Deinde quomodo ijs
sit occurrentum.

2. Fines eorum quinque fuisse con-
stat, ad quos adversarium deducere
conati sunt. videlicet. 1. Ελεγχο^ς. 2. Πα-
ράδοξον. 3. Ψευδο^ς. 4. Αδόλεσχία. 5. Σαλοικη-
μός. t. 2.

Caput. IV.

Vitium in Syllogismo, quotu-
pliciter.

1. Vitium in Syllogismo dupliciter
esse contingit, videlicet Aperte & Ma-
nifeste, aut latenter.

2. Aperte vitium est in Forma aut
Materia.

3. In Forma, quando contra Regu-
las Syllogismorum est conformatus.

4. In Materia, quando utraq[;] vel

R 3

262 DE ELENCH. SOPHIST.
alterutra præmissarum est falsa.

5. At quandoq; vitium adeo est absconditum, ut neq; in Materia, neq; in Forma aliquid desiderari videatur. Et tunc est Ἐλεγυνὸς οὐφίσινος seu ὁ διχλόνημος, sive Fallacia in Syllogismo.

Exempl. Durandus Ratione Divin. offic. Fol. 106. 6 sic Sophisticatur.

Quot sunt humores in Corpore humano, tunc sunt tempora jejuniorum.

At quatuor sunt humores. &c. Ergo.

6. Est igitur Sophisma nihil aliud quam Syllogismus, qui ex apparentiis tamē falsis & ambiguis est confitatus, ut.

Cælum procul est a cæna Domini.
At Christus est in cælo.

Ergo procul est a cæna.

7. Etiam si v. omnia Sophismata refelli possint, indagando & ostendendo errorem in Materia vel Forma; tamen quia hoc non sufficit: Sed causæ erroris adhuc specialius explicandæ & ostendendæ sunt: utilissimum fuerit, quot & quæ Fallaciae in Syllogismis latere solent, enucleatius tradere.

8. Sunt

LIBER PRIMUS

263

8. Sunt igitur Fallacie duplices, In Dictione & Extra Dictionem.

9. Fiunt autem quando in vocabulo aut phrasi aliqua, error absconditur. t.i. Fallaciae in Dictione.

10. In Dictione sunt Sex: Aequivocatio, Amphibolia, Compositio, Division, Accentus & Figura Dictionis. T. 7.

11. AEQUIVOCATIO, SEU ΣέΦισμα τῆς ὀμωνυμίας, est quando aliquis terminus in Syllogismo equivocus, in alia atq; alia significatione accipiens est. t. 3.

ut Bellar. L. 5. De Amis. Gr. c. 7.
Sublata peccati Forma, tollitur ipsum peccatum.
Sed in Baptismo tollitur Formale peccati.

Ergo ipsum peccatum plane tollitur.

12. AMPHIBOLIA, SEU ΣέΦισμα τῆς Αμφιβολίας, est quando integra Enunciatio in Syllogismo est ambigua & varia in interpretationis. t. 4. ut.

Ajo te Ααίδα Romanos vincere posse.

At Pyrrhus est Ααίδες.

Ergo vincat Romanos.

13. COMPOSITIO, SEU ΣέΦισμα τῆς συνθέσεως

R 4

σεως, est quando ea quae in præmissis separatim quidem recte dicebantur, in Conclusione vitiose conjungimus. t. 6. ut.

Liberus, est factus Liber, existens servus.

Datus est Liberus.

Ergo est factus Liber existens, Servus.

13. *Divisio, seu Ἐλεγχός τῆς Λιαρέσεως,*
est quando ea quae coniunctim quidem
recte dicebantur in præmissis, in con-
clusione vitiose Dividimus. t. 7. ut.

Omnis Electores imperii Romani sunt Septem,
Saxo & Brandenburgicus sunt Electores &c.
Ergo Saxo & Brand. sunt Septem.

14. *Accentus, seu Ἐλεγχός τῆς προσῳ-*
δίας, est quando ex varietate scripturæ
aut pronunciationis aliquod falsum
colligitur. t. 8. ut.

Πάντα ἡ ὁ Κύρος ἔκλισε, τῷτο μήτε κλίσα
Αλλὰ ὁ Κύρος τὸν ἕπεται. Prov. 8. v. 22.
Οὐ γέτε τὴν κλίσμα θεῖς εἴη.

15. *Figura Dictionis, seu παραλό-*
γιομός παρατὸχῆμα τῆς λέξεως. Commit-

titur quoties duæ categoriæ confun-

duntur. aut quando ex mutatis casi-

bus, conjunctionibus aut generibus er-
rōr existit. ut.

Fides est opus.

Iustificamur Fide.

Ergo Operibus.

CAPUT. V.

De Fallacijs extra Dictionem.

1. *Fallaciæ Extra Dictionem sunt,*
qua ex sensu & rebus ipsis originem
trahunt.

2. *Ejusmodi septem sunt. t. I.*

I. *FALLACIA ACCIDENTIS, Ἐλεγχός πα-*
ρᾶ τὸ συμβεβηκός. Est quando non distin-
guitur inter id quod per se est, & quod
ex Accidente. t. 2. ut.

Quod iram operatur, Malum est,

Lex iram operatur. Ergo,

II. *A DICTO SECUNDUM QUID AD DICTUM*
SIMPPLICITER, Σόφισμα παρὰ τὸ πῆχυστι,
quando ab eo quod secundum quid ve-
rum est, infertur aliquid Simpliciter
sic se habere. t. 3. ut.

Bethania est quidam Locus.

Christus non fuit in Bethania quando Lazarus
obiit. Joh. II.

Ergo Christus tunc non fuit in omni loco, seu o-
mniprasens.

III. IGNORATIO ELENCHI, ὡρθολόγιον
παρὰ τὴν ἀγνοίαν ήττελέγχος; quando quis o-
missa contradictionis vel Oppositionis
aliqua conditione (puta idem, ad idem, co-
dem tempore. &c.) contradictionia esse
concludit. t. 4. ut.

Qui non novit extremum Diem, non novit o-
mnia.

Christus non novit extremum diem. Ergo.

IV. PETITIO PRINCIPIJ, Ἐλεγχός
Τὸ εὐ αἰχν λαμβάνειν, quando idem per se
ipsum, ignotum per ignotius, incer-
tum per aque incertum probatur: Si-
ve id quod probandum est, pro concessio-
ne probato accipitur. t. 5. ut.

Verus & naturalis homo, non potest sine aboli-
tione naturæ esse simul in pluribus locis.

At Christus secundum carnem, etiam in ipsa uni-
one, est verus & naturalis homo. Ergo.

V. FALLACIA CONSEQUENTIS, Ἐλεγχός
παρὰ τὸ ἐπώμενον, est cum antecedens ar-
guimus ex consequente, in ijs quæ retro
non commeant. t. 6. ut.

Quando noctu pluit, Terra mane est humida.
At nunc est humida. Ergo.

Fal-

**VI. FALLACIA SECUNDUM NON CAUSAM
UT CAUSAM.** Σύφισμα παρὰ τὸ μὴ αἴτιον ὡς αἴ-
τιον. Est quando ex falsa conclusione in-
fertur falsitas illius præmissæ, quæ
causa falsitatis in conclusione non fuit.
T. 9. ut.

Si Nullum Tempus esset, neq; Dies neq; nox
esse.

Si Dies non est, Nox est.

Si Nox est, profecto etiam tempus est.

Ergo Si nullum tempus est, tempus aliquod erit.
Quæ conclusio cum falsa sit, falsa etiam erit Pro-
positio.

**VII. FALLACIA SECUNDUM PLURES IN-
TERROGATIONES,** παρὰ τὸ πλεῖστημα
ἐν τοῖς, est quoties de pluribꝫ Quæstiō-
nibus Distinctis, tanquam de una con-
cluditur. t. 11. ut.

Quod semper in Ecclesia usitatum fuit, non est
abrogandum.

Sed Traditiones semper, in primitiva mox Ec-
clesia fuerunt.

Ergo non sunt abrogandæ.

CAPUT. VI.

1. Possunt autem omnes haec Fallacia ad Ignorationem Elenchi reduci. Quod Arist. T. 4. de Fallacijs in Dictione probat. De Fallacijs extra

que in his magis usque violentur. t. 8. §. 9.

Capit. VIII.

1. Ex iisdem autem oriuntur, non solum qui videntur Elenchi & Syllogismi cum non sint: Sed etiam plane falsi. Qui simpliciter Elenchi & Syllogismi non sunt, sed tantum ratione ejus cui proponuntur. Cum qua idem significant, eodemque modo, &c. non sumant. Sed tantum, qua idem denotare videntur.

Capit. IX.

1. Non est ignorandum quamlibet Scientiam suos habere Elenchos, tam veros quam apparentes, sed illi huc non spectant, quin potius ex suis Scientiis cognosci debent. t. 1. §. 2.

2. Qui v. communes sunt omnibus, nec in aliqua speciali Scientia commode traduntur, ad Dialeticam pertinent. t. 3. §. 4.

3. Quando autem tenemus, ex quibus probabiles Syllogismi sunt, etiam tenemus unde Elenchi apparentes. t. 5.

4. Et cum propositionum probabilium Exceptiones & instantias habemus. etiam horum solutiones dare possumus. t. 6.

Capit. X.

Toto capite probatur, Disputationes non recte distingui in eas qua sunt de vocabulis, & in eas

269 DE ELENCH. SOPHIS.

extra Dictionem, reliquis Textibus ad finem.

2. Illae, quia videtur contradicatio, cum non sit, propter Ambiguitatem. T. ult.

3. Hęc, quia Definitionem Syllogismi transgrediuntur, Elenchus autem est Syllogismus.

Capit. VII.

Vnde oriuntur Fallaciae.

1. Oriuntur autem haec Fallaciae inde. Opus vnuaria & Αριθμολογία, eo quod ambigua nescimus distinguere t. 1.

2. Σύνθετος & Διαιρέσις, eo quod parviteresse putamus, sive separatis, sive conjunctim eadem dicuntur. t. 2.

3. Προσωδία, Eo quod nihil referre arbitramur, quomodo aliquid proferatur aut scribatur. t. 3.

4. Παρὰ τὸ χῆρα τῆς λέξεως, Propter plurimum Similitudinem. t. 4.

Vnde his magis decipimus sermone utente, sive nobiscum, sive cum alijs quam sine Sermo. ne de Rebus considerationem insitentes.

5. Παρὰ τὸ Συμβεβηκός, Eo quod non distinguimus inter idem & Diversum. t. 6.

Similiter Παρὰ τὸ ἐπόμενον. t. 7.

Reliqua autem, quod non accurate observamus Definitiones propositionum & Syllogismi,

qua

in eas que de Rebus. Ille enim omnes recte considerat, etiam de Rebus habentur.

CAPUT. XI.

1. Demonstrator & Tentator differunt, eo quod hic interrogat, ille Non. t.1.

2. Dialecticus & Sophista, quod ille revera considerat communia; Hic v. idem tantum facere videtur. t.2.

3. Sophista & Litigator, eo quod ille luci & gloriae, Hic victorie causa disputat. t.4.

4. Etenim, Sophistica est Faculta, quædam, Lucrum captans ex ea, qua videtur Sapientia.

CAPUT. XII.

Secundus, & Tertius Fines Sophistarum fuere, deducere aliquem ad Falsum, aut Παράδοξον. Ad quod faciendum prodest.

1. Multa interrogare, cum nihil est propositum. t.1.

2. Idem facere cum aliquid est propositum, & petere ut Respondens dicat, quid sibi de singulis videatur. t.2.

3. Non statim interrogare que ad aliquam Thesin, Sed ac si discendi gratia hoc ficeret. T.3.

4. Ad deducendum aliquem eo, quasi statuerit aliquid falsum, Proprius locus est, abducere Respondentem à proposito ad aliud, contra quod Major argumentorum copia in promptu est. t.4.

5. Ut ducatur aliquis ad Παράδοξον, videntur est, cujus Socii Philosophorum sit. Etenim quia,,

Παράδοξον est, q. à communi aut Sapientiorum Opinione abhorret, vel etiam quod Naturæ inconveniens est;

Et alia alijs sunt Paradoxa: qui aliquem ad paradoxum vult deducere, ad tale deducat, quod ej vel ejus Secte est Παράδοξον. t.5.

Alia namq; vulgo, alia Sapientibus, & his alia Stoicis, alia Epicureis, alia deniq; alijs sunt Paradoxa.

6. Præterea à sententijs ad Facta, à Factis ad Sententias adversarium deducere, Exempla in Textu. t.7.

7. Sic à Lege ad Naturam, ab hac ad illam Respondentem deducere. t.8.

Vt, In paupertate juste vivere melius, quam injuste ditari.

Ad quæ in problemata Responderi non potest, nisi quod paradoxum dicatur, Exempla in, 1. 9.

Ut, Sapientibus ne obtemperandum, an parentibus? pati ne injuriam an facre?

8. Deniq; ab opinione vulgi, ad Sententiam Sapientum, & ab hac ad illam eundem deduce, re. t.10.

Ut, Facienda ne quæ profunt, an quæ justa sunt?
Justus ne Beatus an Rex?

C A P U T . X I I I .

Quartus Sophistarum Scopus fuit, deducere aliquem ad Tautologiam, vel Nugationem. t.1.

Est autem Adoleξia seu Tautologia, ejusdem verbi inutilis repetitio. Et committitur.

1. Quando Nomen & Definitionem idem esse conceditur. t.2.

2. Quando Relato aut Proprio, huic Subiectum, illi Correlatum additur. t.3.

Nam Relatum in se Correlatum continet, & Proprium suum Subjectum indigit.

C A P U T . X I V .

Quintus Sophistarum Scopus erat, deducere adversarium ad committendum Solæcismum.

2. Est autem Solæcismus seu Barbarismus, quando quis Lingvæ aut Sermonis leges violat.

3. Uu

3. Ut ex pronomine Hoc concessso deduci solet, quia varios casus & varia genera complectitur. Itemq; ex alijs que secundum plures causas aut genera aut tale quid dicuntur, ut,

Hac est liber.

Tu possides Hoc.

Ergo Tu possides liber.

C A P U T . X V .

Mos Disputandi Sophistice, Consuetudo preterea Sophistarum in Opponendo & interrogando est.

1. Vt Sermonis prolixitate, quia Difficile est simul multa percipere t.2.

2. Celeritate. Quia tardiores non tam subito percipiunt. t.3.

3. Ira & altercatione. Quia perturbati minus possunt omnia observare. t.4.

4. Ordine confuso & perturbato. t.5.

5. Deniq; omnibus, que ad occultationem facere supra dictum est. Dum videlicet ita interrogant, ut non appareat qua contradictionis parte uti velint. t.6. & 7.

6. Non interrogare universale concessis particularibus. t.8.

7. Vbi deest nomen commune, similitudine uti. t.9.

8. Etij-

8. Etiam si Medium detur, interrogare, tamen de contrariis tantum. t. 10.

9. Non Syllogistice proponere. Sed quasi hoc factum esset tandem concludere. t. II.

10. De Paradoxis interrogare. t. 12.

11. Dum se captos vident, ubi non est distinguendum distingvere. t. 14.

12. Deserere unam Questionem antequam absolvatur, & ad aliam festinare. t. 15.

13. Ad aliud quam ad Propositum argumenta dirigere. t. 16.

CAPUT. XVI. Vel

LIBER SECUNDUS.

Quomodo Sophistis sit occurrentium.

CAPUT. I.

1. Restat alterum quod. capite. 3. t. 1. proposuimus, nimirum quo modo Sophistis sic occurrentum, ne fines sibi propositos obtineant. Quod cum ad Philosophiam, aliaq; multa perutile sit, etiam subjungamus.

2. Imprimis vero Quomodo Elenchos Sophisticos resolvamus & refutemus. Quos sibi Sophistæ etiam principue propositos habent.

Cap. 17.

CAPUT. XVII. vel L. II. c. 2.

De solutione apparente.

1. Sciendum itaq; initio, quod Solutio Elenchi alia est vera, alia apparenſ.

2. Ut quis Solvisse objectionem videatur, hec obſervet.

I. Non simpliciter ad interrogata seu Propositiones Respondeat ETIAM vel NON: Sed distinguat, & se hac vel illa significacione intelligere atq; admittere dicat. t. 3.

Atq; hoc etiamsi ſapientis opus fit, facere non cunctetur. t. 8.

Nam qui ambiguo quodam uitetur vocabulo, idem facit ac si de pluribus ageret atq; interrogaret. DE pluribus autem non semper idem Responderi & concedi debere, manifestum est. t. 10.

II. Ad ea que videntur dicendum est, Eſto, ad Paradoxa dicat, Sic videri. t. 13.

III. Ad ea que propinquā ſunt Theſi, ſive ex illis necessario Theſi ſequatur, ſive hac Theſi, non est affirmandū, Sed dicendum, hoc eſt in Quaſtione, vel peti Princpium. t. 14.

IV. Ad univerſale, quod Similitudine infertur aicat, Non Rechte accommodari. t. 15.

V. Vel etiam Formam Syllogiſmi Neget. t. 16.

VI. Sive voces fuerint ambiguæ, sive Non, raro simpliciter Respondendum, quin potius distinguendum. t. 17.

VII. Minime omnium quando obscurum, vel imperfectum est, quod proponitur. t. 18.

VIII. Si duo Proponantur, concedendum est quod minus late patet. t. 19.

IX. Si in utramq; partem sint probabiles rationes, hoc dicendum est. t. 21.

X. Si quas interrogations aut objections præsenserit, illis antequam proponantur occurrat. t. 22.

Sed de his quoq; supra lib. 8. Top. cap. 6.

CAPUT. XVIII. vel. L. SEC. 3.

De vera Solutione.

1. Ad veram Solutionem consideretur Syllogismi Materia & Forma.

2. Si Forma est vitiosa, Negatur Consequentia, & ostendatur contra quam Regulam Syllogismorum pugnat.

3. Si Materia, hoc est, præmissarum aliqua vel utraq; aperte falsa, Respondeatur per inficiationem ejus quæ est Falsa.

4. Si

Utr. Staffurt, pag. 424.

Quicquid non efficit Electionem nostram, non est ejus causa.

At Fides non operatur seu efficit Electionem nostram. Ergo.

Resp. Propositione est falsa. Quia tantum continent causæ Efficienti.

4. Si deniq; latens fuerit vitium, Dicendum est quæ sit Fallacia, & Quod illa sit, Ostendendum. Quæ cum pleriq; ex ambiguitate oriuntur, per Distinctionem refelluntur.

CAPUT. XIX.

De æquivocatione & Amphibolia.

1. Æquivocatio & Amphibolia, aut est in præmissis aut conclusione.

2. Utroq; casu est Distinctio adhibenda. Et.

3. Si in Conclusione, Quærendum est, an opponens eadem significacione intelligat quæ Thesis, aliæ non est Elenchus. Itaq; quatenus concedatur conclusio, quatenus Non, est dicendum.

4. Si in præmissis, ostendatur aliter accipi in Propositione, aliter in Assumptione. Itaq; nihil sequi.

s 2

5. Badem

5. Eadem a ratio est, sive Terminus aliquis, ut in Æquivocatione, sive tota constructio sit ambigua, ut in Amphibolia.

CAPUT. XX.

De Compositione & Divisione.

1. Quia Divisa & Composita oratio saepe Diversas habet significations, id in Solutione est dicendum. Et postea ostendatur in conclusione conjung, quæ in Præmissis erant separata.

2. Vel si est Fallacia Divisionis, in conclusione separari, quæ in præmissis erant conjuncta.

CAPUT. XXI.

Ad FALLACIAM ACCENTUS, Respondeatur, Aliquod vocabulum alter scribi vel pronunciari in una Propositione, aliter in altera. & propterea, aliam atq; aliam induere significacionem, quod parit Fallaciam in Syllogismo.

CAPUT. XXII.

Ad FALLACIAM FIGURÆ DICTIONIS, Respondeatur, Eandem aut similem vocem

in alio atq; alio Prædicamento accipi, sive non eodem modo in omnibus Syllogismi partibus accipi.

CAPUT. XXIII.

Ut uno verbo dicam, Fallacia in Dictione per contrarium solvuntur. Divisionis Fallacia componendo, Compositionis Dividendo. Et sic de Reliquis.

CAPUT. XXIV:

Vel Secundi L. c. 4.

1. Ad FALLACIAM ACCIDENTIS, Respondeatur, Distinguendo inter illud quod per se est, & id quod est ex Accidente. Nec sequi, ut quod de Accidente dicatur, etiam de Subjecto diei debeatur.

2. Itaq; habendum exemplum in promptu, in quo hoc manifeste non sequitur..

Nota, quod idem Syllogismus saepe pluribus vitijs laborat. t.s.

CAPUT. XXV.

Vel Secundi L. c. 5.

1. Ad FALLACIAM A DICTO SECUNDUM QUID, AD DICTUM SIMPLICITER,

S. 4.

Re-

Respondeatur vel in præmissis aliquid
nisi, in conclusione à̄t̄lās dici, unde
Consequentia non valeat.

2. Vel Respondeatur, Plus esse in con-
clusione quam in præmissis, Plus enim est
Simpliciter esse talēm, quam secundum Quid.

3. Vel deniq; à Divisis ad conjuncta,
& contra non semper recte argui.

4. Si Conclusio est nālā u, Thesis à̄t̄lās,
vel contra, non est veris ElēyX@. t.l.

CAPUT. XXVI.

Ad IGNORATIONEM ELENCHI, Re-
spondeatur conclusionem & Thesis,
non intelligi, vel de Eodem, vel secun-
dum idem, vel eodem modo, vel eo-
dem tempore, itaq; non esse verum E-
lenchum.

CAPUT. XXVII.

Ad PETITIONEM PRINCIPij, Respon-
detur Præmissas, vel earum unam,
cum conclusione, vel easdem, vel æ-
que dubias & incertas esse.

CAPUT. XXVIII.

Ad FALLACIAM CONSEQUENTIS, Re-
spondetur, non recte inferri.

Duplex a, est consequentia, vel à consequente

LIBER SECUNDUS. 281
ad Antecedens, vel à contrario Antecedente
ad contrarium consequens. Quia utraq; potest
esse vitiosa, unde hac Fallacia oritur.

CAPUT. XXIX.

Ad FALLACIAM SECUNDUM NON CAU-
SAM ut CAUSAM, Responderur, fal-
sam causam esse assignatam, Siqui-
dem ea sublata idem nihilominus e-
venit.

CAPUT. XXX.

Ad FALLACIAM PLURIM INTERRO-
GATIONUM, Respondeatur per Defini-
tionem Enunciationis, quod sit Affir-
matio vel Negatio unius de uno. Sed
cum in Proposito, vel plura de uno, a-
ut unum de Pluribus, aut Plura de
Pluribus interrogantur vel conclu-
dantur Sophisma esse. Et propterea
Distingvendas Quæstiones, ut de sin-
gulis distincte Respondeatur.

CAPUT. XXXI.

Vel Secundi, 6.

1. Atq; ita Primum Sophistarum.
propositum impediendum, ad reliqua
veniamus.

2. Si quis aliquem Nugari, seu Tauto-
logiam committere concluserit. Respon-
deatur,

DE ELENCH. SOPHIST.
deatur, Relata, aliaq; ejusmodi non omnino i-
dem separatis sumpta, & in Oratione signifi-
care. Nam & Decem in oratione: Uno mi-
nus Decem. Et verbum Facere in oratione
Non Facere ponuntur, neq; tamen inferre
licet: Facere est Non Facere. Et sic de aliis:

3. Deinde licet implicite significant, non ta-
men expresse ponunt; itaq; Tautologiam non
commitii.

CAPUT. XXXII.

Ad Solvēcismum Respondetur, idem
vocabulum in alio atq; alio casu ponit, idcirco
nullam esse consequentiam.

CAPUT. XXXIII.

Vel Secundi 7.

1. Sunt autem quædam Fallaciae faciliore*s*
& ridicula potius, quædam obscuriores & ma-
gis difficiles, ut doctissimo chig; negotium face-
sant.

2. Etenim Argumentatio saepe pluribus vi-
tis laborat, nec Fallacie ab omnibus simili-
ter definiuntur, unde ad quam referatur saepe
dubitamus.

3. Est autem Difficilis & acuta argumenta-
tio, qua dubitare maxime facit, hæc enim ma-
xime mordet. t.3.

4. Estq;

4. Estq; Duplex Syllogistica, quando dubi-
tatur ad quam Propositionem in Syllogismo
Respondeatur, vel contentioſa, quando dubita-
tur quomodo propositum dicat. t.4.

5. Syllogistica acutissima est, quando ex pro-
babiliſſimis maxime probabilita refutantur. De-
inde quando omnes premissæ sunt aq; proba-
biles, ut qua negetur non appareat. t.5. & 6.

6. Litigiosa acutissima est, quando non sta-
tim apparet, utrum Syllogistica sit nec ne, u-
trum negandum aliquid vel Distinguendum.
t.7.

7. Proxima huic est, quando hoc quidem pa-
tet, Sed dubitatur utra ex premissis disting-
uenda vel Neganda, An etiam conclusio. t.8.

CAPUT. XXXIV.

Vel Secundi lib. 8.

Hacenus ergo & quomodo proba-
biliter Disseramus, & Sophistice Dis-
serentes refellamus, Dictum est.

CAP. 9.

Quod quidem Artificium ante Aristotelem
non inventum erat, itaq; nemo miretur. Si non
simul perfectum est, quin venia dignum
judicet, ac pro inventis grati-
as agat.

FINIS.

Conclus.

CONCLUSIO COLLEGII
LOGICI, WITEBERGÆ HABI-
TI à 20. Octobris, Annj 1608. ad 12. Ja-
nurij, Annj 1609.

ATq; ita, auditores lectissimi, Ex alto aspirante Gratia labore hunc ad finem perduximus. Quia vero ut video, Aristoteles summus ille omnium recte Philosophantium Antistes & Coptiphæus, cuius ingenium & eruditio, à multis pro miraculo habentur, cuius scripta jam ultra novendecim secula infinitorum hominum unanimi consensu recepta & approbata sunt, in fine hujus sui operis Logici, si quid minus perfecte & accurate tradiderit, sese ad suos auditores excusare non dignatur; Inconvenientissimum judico, si nos, qui nulla proportione, cum multis ejus discipulis sumus conferendi, ac si nusquam lapsi essemus, ac si omnia pro dignitate perfecissemus, nulla excusatione adjecta, collegium hoc ornatissimum vellemus dimittere. Quod eo minus de nobis afferim', quo magis nostræ tenuitatis nobis-

met ipsi sumus concij. Quin potius nihil à nobis tam perfecte traditum, ram clare expositum, quod ab alijs non magni nominis, multo perfectius & clarius fieri posse libenter agnoscimus',

Excusat autem nos imprimis, Rej de qua egimus, cum dignitas, tum Difficultas; Etenim Logica, non, quemadmodum nonnulli existimant, supervacanea quædam facultas est, quæ in tricis & Spinosis questionibus occupata, nullum aut admodum exiguum vitæ humanæ usum præbet, quam quis ad superiores scientias contendens, sine magno detimento negligere ac transire possit. Nec contra, quod alij sibi persuadent, tam facilis est, ut nullo negotio quasi ludendo aut aliud agendo eam addiscere possimus,

Quin potius, quod prope in sensus incurrit, & ipsa testatur experientia, circa res maxime necessarias tota versatur. Hæc non reliquarum Artium ministra est, Sed Domina, non leges' acci-

accipit, Sed dāt, non obtemperat, sed mandat, non regitur sed regit, non se- quitur sed præcedit, non ab illis di- scit, sed illas docet, eās ad unam o- mnes suo quasi gremio complectitur. Hæc sola viam monstrat, qua ad illas pervenitur, sola clavem gerit, januam reserat, & in intima totius Philoso- phia & humanae sapientiae penetralia intromittit, ut quidquid ex reliquis Scientijs, ad unam omnibus, sive com- modi sive jucundi percipiās, ab hac q. precario accipere, huic acceptum, referre necessum habeas. Unde non immerito à multis Ars Artium, & Di- sciplina Disciplinarum dicta est. Sine qua tantum abest, ut quis reliquias sci- encias commode percipere possit, ut potius hujus subsidio destitutus, ex e- arum studio quotidie pejor & deteri- or evadat. Nam qui verum à falso di- scernere, solidam rationem à Sophi- stica dignoscere, causam a non cau- sa distinguere, faciem à fuso, autem, à scorijs separare nescit, quo plures' opinioneſ legerit, eo incertior erit,

quo

quo plus studuerit, eo minus sciet, quo longius perrexerit, eo longius à via & veritate aberrabit, ut tandem nescius pro Philosopho Sophista, pro Sapiente & erudito, omnis solidæ e- ruditioñis & Sapientiæ infensissimus hostis, osor & inimicus existat. Quid multis opus est verbis, non constitui Logicam vobis in præsentia com- mendare, sed meas hasce qualescunq; prælectiones excusare animum indu- xi. Hoc uno distamus à bestijs, quod ratiocinari possumus, illæ alijs rebus quam plurimis, multis nos parafan- gis antecedunt. Si studio dignæ sunt, si in precio habentur, ab omnibus a- mantur & magnisunt artes, quæ cir- ea corporis cultum & alias dotes ex- poliendas versantur: Palæstra quæ agi- litatem & robur auget, Mechanica quæ manus informat, Musica quæ au- res delectat, Optica quæ visum diri- git, & reliqua suo quæq; loco haben- tur, quanti quoſo Logicam faciemus? quæ proprium hominis munus infor- mat, mentem instruit, rationem gu- bernat.

bernat, consilia suppeditat, colloquia & congressus exornat, verum ostendit, quid admittendum, quid rejeicendum quasi dīgito commenstrat, ut quantum homo bestias, tantum hominem homo Logicus, si non plus etiam supereret. Credo, si non iniqui judices in propria causa esse velimus, tantam esse Logicæ dignitatem, vel metacente judicabimus, quæ cum cæterarum Artium luce & splendore collata, non secus ac Splendidissimū Solis jubar reliqua astra suo lumine & radijs obscuret, ac prope modum tollat.

Si quid in Logicis intricatum est, si quæ spinosæ quæstiones reperiuntur, & minus utiles, eas sicut in fertiliissimis agris spinas ac tribulos aliquando getinimare censendum est. Quo fertilius solum fuerit, si negligenter colatur, vel ab inimico ζηλαντι seminetur, eo plus inutilium rerum, in copia producit, sin debito modo curetur, lætissimas segètes sine lappis & lolio absq; invidia nobis communis-

cat: Logica eundem in modum ab ociosis hominibus Scholasticis & quæstionariis (excipio quæ in illis bona sunt) inutilibus & ridiculis quæstionibus ante hac supra modum referta fuit. Quasdam etiam propter inimicos & adversarios sophistas, qui Logicæ fines infestare, ejusq; maximam partem giganteo ausu, irrito tamen conatu, nobis eripere conati sunt, admittere & tractare coacta est, Quæ omnia vel Logicæ in se consideratæ, vel Logicæ Aristotelis, quæ a talibus alienissima est, adscribere, quis non videt quam foret iniquissimum..

Tanta cum sit Logicæ dignitas, tanta majestas, nemini mirum videri debet, si eam accedendi aliqua etiam relicta sit difficultas. Meminerimus hic χαλεπὰ τὰ καλὰ, difficulta quæ pulchra. Hortos Adonidum draco custodiebat, ad aureum vellus ænei vigilabant tauri, ille flamas & ignem spirans, hi mortem & exitium minitantes, Nihil aliud est, quam quod antiquo poeta Hesiodus inquit: T

Tῆς ἀρετῆς ἴδην τὸν πόνον τοῦτον εἶναι.
Virtutem posuere Dī sudore parandam.

De Logica testatur hoc quotidiana experientia. Quam multi enim vix primordijs hujus Scientiæ delibatis, in primo limine resiliunt. Testantur hoc doctissimorum hominum commentarij, quos in hanc Arrem ediderunt penè innumeros, Evincuntidem, qui fatentur se omnem æratem in hoc studio posuisse, nec tamen omnes ejus thessauros perlustrasse, nec tamen in intimos ejus recessus admissos fuisse.

Quod cum ita sit, me etiam veniam dignum existimō, qui in hac atq; alijs Scientijs adhuc tyro sum, si rem tam arduam, tamq; difficultem, mea industria non in omnibus superare atq; evincere potui: si rem tam Augustam, atq; laudabilem, mei ingenij viribus usq; quaq; non assolutus sum. Non breve aliquod ac facile compendium mihi

mihi proposui, quo nihil præter vulgaris, atq; lippis quod dicitur & rōsorib; nota traduntur, ipsum prope aggressus sum Aristotelem, in quo explicando præstantissimi quiq; sudarunt, in quo defendendo doctissimi quiq; certatim laudem & honorem venati sunt. A cuius recondito sensu & doctrina sufficierter explicanda quantum absum, tanto majore laude dignus, qui tantum onus meis humeris subire, tantum opus proprijs lacertis aggredi non sum veritus. Etenim Arist. is est autor qui plus habet in recessu, quam promittit in fronte, quem nunquam roties evolvas, quin semper aliquid notatu dignum invenias, quem quo sapius, quo diligentius legeris, eo libentius legere cupias. Quod non meis verbis, sed plurimorum qui id mecum experti sunt, vobis refero, vosq; omnes potius experiri, quam mihi nunc dicenti fidem habere, vehementer opto.

Alterum quod me excusat, est Tem-
poris
T 3

poris angustia. Nam cum promissem,
vobis, me velle 12. septimanarum spa-
cio Logicam absolvere, ratus si semel
quotidie docuissem, promissis me sta-
tutum, & in progressu, me hoc facere
haudquaquam posse animadverterem.
reliquis, qui me tunc pro institutione
in alijs rebus sollicitarunt, valere juc-
fis, bis de die docere cœpi, atq; ita
noti nisi Divina adjutus ope intra. 10.
hebdomadas hunc cursum confeci, ex
quo colligere promptum est. Si semel
tantum quotidie ut initio proposi-
tum erat, legere debuissem, post
menses tandem me huic negotio co-
lophonem impositurum fuisse. Jam
vero nemini vestrum ignotum esse
potest, quod idem & cito & optime fie-
ri nequeat, unde dici solet: *Sat cito sicut
bene.* Me diu multumq; vexavit e-
dubitatio, utrum vobis consultius fo-
ret, Si lentius progrederer, singulaq;
exactius explicarem, an vero citato
cursu, quædam non æque necessaria
transirem, ut eo prius ad metam pos-
semus pervenire. Certum est Aristoteli-

telis Logicam, Si pro dignitate & ma-
teriæ amplitudine tractetur, dimidi-
um annum & aliquid amplius requi-
rere. Tandem mediocriter festinan-
dum esse conclusi, idq; è re vestrum
omnium esse, mihi persuasi, sat intel-
ligens plurimis vestrum haud certo
constare, quam diu hic literis operam-
dare sibi copia detur, ideoq; singulos
plura audire, & in omnibus aliquid
discere, sibi propositum habere, exi-
stimantes ea domi postea diligentius
evolvi & accuratius considerari pos-
se. Cui me conditioni quantum potui,
etiam accommodare, non raro consul-
tissimum judicavi. Unde iterum, Si
prælectiones nostræ astimentur, & ad
tempus sibi deputatum exigantur, ex-
tra culpam & reprehensionem fore
confido.

Accedit adhæc, quod non opus arbi-
tror, ut prolixè exponam, me non tam
ut alios docerem, quam ut ab alijs ali-
quid discerem, hæc loca accessisse.
Nec non puto cuivis constare, sumptu-
bus quos quotidie facere necessum
habet

ex ignorare possit, non nisi plane stupidus, quod neminem ex nobis esse velim, tantum non percepit, ut reliqua privato studio & usu deinceps non possit adiucere. Certe si alia ad vos hinc non redundat utilitas, saltem Aristoteli-
cos Terminos intelligere didicistis', quod ipsi etiam indurati Ramæj no-
lint velint utilissimum esse concedere
coguntur. Quis vestrum est, qui nunc ignorat, quid Genus aut Species uni-
voca, quid Analogæ? quis nescit quod alia Differentia sit late accepta, alia
Specificæ: quem fugit, quod Proprium aliud sit Primo, aliud Secundo, Ter-
tio, vel quarto, modo? quem latere potest quod Accidens aliud prædica-
mentale, aliud prædicabile sit. Tran-
scro Prædicamenta, quæ plurimis do-
ctrinis sunt refertissima. Enunciatio
alia Categorica, alia Hypothetica, alia
Figurata, alia Inusitata, alia de inesse,
alia Modalis. quis est qui haec nunc non
intelligit? DE Syllogismis, quid ter-
minus, quid Proposition, quid Major.,
Minor, Medius, quid Subjectum, præ-
dicatum

habemus, lucrum quod his laboribus vicissim facimus haud quaquam respon-
dere. Itaque nec totum me huic studio mancipare, & vobis prout libenter voluistis inservire potuisse. Nullum studi-
um tam vile & abjectum est, quod non in
tegrum requirit hominem, quid de
hoc dicendum est, cuius & dignitatem
& difficultatem ipsi melius scitis,
quam a me modo commemoratum
est. Si Deus aliquando nostris votis
aspirare dignetur, & otium largiri
velit, ita Logicas hasce prælectiones
elaborabimus, ut quantum ingenii
nostræ tenuitas fert, nihil desiderari
patiamur. Nunc si id fieri non potuit,
vestra humanitate & benevolentia
nobis ignoraci speramus.

Etiamsi vero tantos fructus ex his
lectionibus ad vos non rediisse sciatis,
quantos utrinque in votis habuimus,
attamen non omnino infrugiferas a-
bijisse certe certius mihi polliceor.
Profecto, præcipua rerum momenta
toties repetivimus, toties inculca-
mus, ut non nisi extreme negligens

dicatum, DE Demonstratione quidam
diol, quid rōol, cui non sunt notissima?
deniq; quid Sophisma, quæ horum,
Species quoties nominantur, quod sit
quam sapissime, cui vestrum igno-
rum aut obscurum esse potest: rāceo
infinita, quæ ante hanc lectionem vo-
bis peregrina fuerunt, nunc familia-
rissima esse necessum est.

Et Si ne hoc quidem utile quis esse
concesserit, Sed omnino cum Philo-
sophi osoribus delirare potius quam
cum ipso sapere animum induxit,
sane de hinc majori cum laude Ari-
stotelem vituperare potest, quem pri-
plane ignotum jure reprehendere
non licuit. Sed de omnibus vobis spe-
ro meliora, & unumquemq; ita nunc
initium fecisse, ut plura deinceps ex
eodem discere serio cupiat. Quod si
controversias explicare licuisset, Non
dubito, quin adhuc longe ulterius in
hoc studio progressi fuissimus. Sed i-
stæ Disputationibꝫ s̄ fuerunt reservan-
dæ. Plura sunt & multo plura quæ nos
justissime excusant & pro nobis in me-
diū

dium adducere possemus, Sed hæc suf-
ficiant. Rogo unumquemq; vestrum,
per communem patriam, per vestram
erga me voluntatem quam deprehen-
do propensissimam, per communia-
deniq; studia, ut sic ubi lapsi simus eri-
gere, sic ubi erravimus corrigere, si-
cubi peccavimus admonere & con-
donare dignemini. Ac nihil magis
à vobis contendimus, quam quæ à
nobis confusa, ex nobis, impolita, per
nos imperfecta prodierunt, ne id ab-
solutissimæ & perfectissimæ vel ipsi
Logicæ, vel summo Philosopho ad-
scribere velitis. Quin potius meæ vel
temeritati vel præsumptioni & super-
biæ, totum hoc totum quantumcunq;
est quod non parum esse vereor, uni-
ce tribuatis. Quod si feceritis, me dein-
ceps non min⁹ promptum & benevo-
lum quam haetenus fui re ipsa depre-
hendetis, ut sive consilio, sive re, sive
studijs, sive fortunis vestris unquam
quicquam prodesse potuero, non in-
vitum & negligentem, Sed spontane-
um & diligentem experiemini. Nec
minus vos omnes obnixe rogo, ut me

me ametis meaq; omnia vobis vestrisq;
commendata esse velitie, utrinq; stu-
dia & fortunas nostras Deo pijs præci-
bus, amicis laude & elogijis indepen-
ter commendemus.

Si plane Somnolenti non sumus,
aut Epicuri de grege porci, dum co-
rum hoc tempus quo huic studio ope-
ram dedimus nobiscum paulo altius
repetimus, non possunt immensa Dei
opt. Max, beneficia unicuiq; non esse
conspicua. is namq; publicam pacem
& tranquillitatem nobis largitus est,
quo cæptum nostrum continuare &
absolvere potuimus, ipse bella & sedi-
tiones, pestem, morbos tabificos, aliaq;
mala avertit, quibus hæc studia impe-
diri solent, ipse insuper gratiam &
successum dedit, ut cum fructu, nobis
docere, vobis discere licuerit. Multi
procul dubio, quibus nec ingenium
nec voluntas deest, hac oportunitate
destituuntur, alij bello & dissidijs de-
tinentur, alij morbis & fame retinen-
tur, alios dira vexat paupertas, & sum-
ptuum defectus, ut quo velint perve-

nire

nire non possint. A quib⁹ singulis cum
nos DEI Opt. M. bonitate & indulgen-
tia liberi simus, extreme ingratii homi-
nis, ac ne hominis quidem esset, hæc si-
ne grata mente cogitare, & sine insigni
gratiarum actione præterire. Quare si-
mul omnes sursum corda.

Te Deus, Fons Bonitatis & Sapien-
tie veneramur & laudamus pro omni-
bus tuis beneficijs maximis minimisq;
quæ nobis famulis tuis indignissimis
quotidie largissime præstas, imprimis
v. quod toto hoc tempore tua gratia &
benedictione adesse dignatus es, no-
straq; studia secunda reddere volue-
ris, da quæsumus benigniss. Pater, ut
hæc quæ in nobis cæpisti, in tui nomi-
nis gloriam & communè salutem per-
ficiantur & crescant. Ad sis quoq; re-
liquis nostris studiis, proposita dirige,
confilia gubernia, successum da prospe-
rum, eventum similem, ut sic in hac
terrestri Acad. discamus, ut in cælesti te
perfecte cognoscamus, & hoc propter
filium tuum Dominum & fratrem nostrum di-
lectissimum Iesum Christum

Amen.

Errata

ERRATA SIC CORRI
GANTUR.

In Ep. Dedic. in fine: accipere interpretari. Lc.
ge: accipere & interpretari.

Fac. 6. Lin. 5. querimus Lege querimus.
F. 14. lin. penult. Philosophiae L. Philosophia.
F. 18. Th. 5. proximum. l. proximum.
F. 23. Th. 15. predicoari. l. praedicari.
F. 30. Th. 11. aequalter. l. aequaliter.
F. 49. Th. 1. predicanter. l. prædicantur.
F. 51. Titulus sit: De Enunciatione.


Ibid. lin. 7. compositam. l. compositam.
F. 64. lin. 1. Sinificat. l. Significat.
F. 71. c. 11. Th. 1. Manifestior. l. Manifestior.
F. 82. lin. 3. adstruyur. l. adstruitur.
F. 94. c. 38. redupliceter. l. reduplicetur.
F. 109. lin. 5. cubor. l. calor. (nisi)
F. 111. lin. 17. Demostrationis. l. Demonstratio.
F. 112. th. 9. aliunde. l. aliunde.
F. 115. th. 2. existimat. l. existimant.
F. 117. lin. 10. Quato. l. Quarto.
F. 118. th. 2. summendum. l. sumendum.
F. 121. lin. penult. Pincipia. l. Principia.

ERRATA

F. 148. th. 1. Futurarum. l. Futurorum.
F. 163. lin. 19. possumus. l. possimus.
F. 182. lin. 13. instus. l. justus.
F. 183. lin. 10. annexamus. l. annexantur.
F. 187. c. VIII. th. 2. remora. l. remota.
F. 189. lin. 3. illegittimo. l. illegitimo. & lin. 12.
legittima. l. legitima.
F. 196. lin. 15. penitentiam. l. paenitentiam.
F. 211. lin. 4. illus. l. illius.
F. 213. lin. 1. participatur. l. participat.
F. 242. th. II. urrog. l. utrog.
F. 276. l. ult. custos. 4:51. l. ut staff.
F. 285. lin. 3. quod ab alijs. l. quod non ab alijs.



Testes sunt oculata dies, auritaq; Sylva.
Turpe quid ausurus, te sine teste putas?



AROSIAE VESMAN-
NORVM.

Ex Molybdographia OLAIANA
Anno D. supra Millesimum Sexcentes-
mum vicefimo Quinto.

